humorum ¶ Et vinum leve confert vissicis
et stringit ventrem et nocumentum humorum
et provocatio urine sunt in eo minus ¶ Et
vinum quod fit cum aqua marina est
malum stomacho stomachum inducit nocumentum nervis
et laxavit ventrem et est malum convalescen-
tibus ex egritudine ¶ Et vinum in quo projicitur
gipsum est malum nervis facit sodam et
acuit ex eo inflatio in corpore ¶ Et omne
vinum quod est purum sine admixtione
alicuius rei et est in eo sapticitas est
calidum velociter penetratiuum in totum
corpus et corroborat appetitum et stomachum
et nutrit corpus et facit dormire et
auget in fortitudine corporis et meliorat
colorem ¶ Et melior ex vinis in digesti-
one faciliter est illud cum non ad
miscetur aqua marina et est in eo sapti-
citas et declinat albedinem et est medi-
um inter novum et vetus ¶ Et quantitas quam
de ipso debet potari oportet quod sit secundum tempus
et etatem et secundum consuetudinem et virtutem
¶ Et oportet quod non bibatur vinum vetus quando
multa est sitis sed infundatur in eo
cibus secundum quantitatem necessariam ¶ Et omnis
inebriatio est mala et nociva et ma-
xime si sepe contingit quia inebriatio
assidua debilitat corpus mollifi-
cat nervos ¶ Et qui vinum bibit assidue
preparat vel disponit corpus ad acutas
egritudines ¶ Et quantitas melior que
de ipso sumitur quando est quantitas temperata
et certis diebus et maxime si aliis
diebus potatur aqua et hoc quia ipsum
resolvit et penetrat et mundificat
superfluitates exteriores apparentes
¶ Et qui potat vinum post ipsum debet
potari aqua ad sedandum fortitudinem
eius et ad abscindendum virtutem eius
nocivam ¶ Cum vinum bibitur cum oleo
provocat vomitum confert lacti co-
agulato in stomacho et ardori renum et
vesice et ulceribus que sunt in eis ¶ Et
cum bibitur quantitas conveniens iuvat
illos quibus datum est in potu succu-
rum et coriandrorum et opium ¶ Et
omnes medicine que interficiunt per
frigiditatem earum et confert morsibus
venenosorum animalium similium illorum quorum
morsus occidit propter frigiditatem veneni
eorum quia diminuit venenum in stomacho

et confert inflationibus stomachi antiquis
et mordicationibus que fiunt in illis
et relaxationi stomachi et eius debilitati
et humiditatibus que currunt ad ipsum et ad
intestina et ad ventrem ¶ Et confert
illis qui sudant multum et maxime
album vetus boni odoris quando potatur
¶ Fex vini oportet quod administretur illa
que est de vino veteri et oportet quod comburatur
sicut comburitur spuma maris propter
desiccatur desiccatione forti ¶ Et quidam
ponunt eam in vase terreo novo et acce-
dunt sub ea ignem forte et dimittunt
donec fiat ignita quia quidam sunt qui
iniciant et sepeliunt eam sub prunis
et dimittunt donec inflametur ¶ Et
oportet ut tu scias signum hoc adustionis
eius ¶ Et est quando immutatur color eius
ad albedinem et ad aereitatem et quando
applicatur ligno inflamat eam fortiter
propter fortem eius adustionem ¶ Eodem modo
etiam comburitur fex aceti quia fex quidem
adusta licet virtute comburendi vel adu-
rente multum forti adustione abster-
git et aufert carnem superfluam ulcerum
et est sapticam et putrefacit putrefi-
catione forti et calefacit et desiccat
vel exsiccat ¶ Et oportet quod ipsa administre-
tur dum est nova quia virtus eius resolvitur
cito quia propter hoc oportet quod non dimittatur
extra vas et conservetur bene cooperta et ob-
turato vase ¶ Et ipsa quidem ab-
luitur sicut tuthia et fex quidem non
combusta et etiam quando aduritur sola vel
cum mirto recenti restringit apostemata
inflata quia quando fit emplastrum cum ea et ap-
ponitur super ventrem et stomachum stringit
eam et prohibet fluxum humorum ad ea
¶ Et quando fit emplastrum cum ea sub um-
bilico et super pectine abscindit
et resolvit apostemata que non sunt aperta
¶ Eodem apostema nominatum cubilla et sedat
apostemata mamillarum ¶ Et fex adusta
quando miscetur cum resina pini aufert
dissoluciones unguium ¶ Et quando miscetur
cum oleo mastichino et resina pini
et linitur inde capilli et dimittitur
sic una nocte rubificat eos ¶ Et
ipsa quidem ponitur in medicinis oculorum sicut
thuchia et abstergit sordes que fiunt in
eis et vestigia ulcerum et valet ob-
scuritati visus ¶ Vitis alba et

est fesire. Et habet ramos et folia et
capreolos similes vitis, et non ex quo sunt
omnia asperiora et rami et capreoli
eius adherent implicantes se quibuscumque
approximat ex arboribus aliis et
suspenduntur eis cum capreolis suis.
Et habet fructum similem racemo rubo.
Et in summitatibus eius est stipticitas
et amaritudo pauca et acuitas et
ipse comeduntur in principio sue nativitatis
secundum consuetudinem in tempore veris quia
sunt iuvantes stomacho propter earum stipticitatem.
Et virtus tertia est quia provocat urinam menstrua
dioretica. Et secunda virtus est quia abstergit et
subtiliat. Et tertia utilis est quia dissolvit
duritiem splenis cum supponitur emplastrum
ex ea cum ficubus et curat scabiem
et egritudinem cum qua elevantur cutis
squame. Et fructum eius utuntur coriarii. Et
si fructum eius abluuntur pili corporis et summitates
plante huius in principio sue nativitatis
coquuntur et comeduntur et provocat urinam
et lavat ventrem. Et virtus foliorum
et fructus et radicis est acuta calida. Et
ideo quando fit cum eis emplastrum et sale confert
ulceribus que dicuntur gangrena et illis que
dicuntur fagedenica, quia quando fit emplastrum
cum eis et sale et curat fissuras la-
biorum. Et radix eius mixta cum orobo
et fenugreco quando cum eis abluitur cutis
mundificat et abstergit eam et aufert
pannum et vestigia nigra et bothor et cica-
trices ulcerum et conficitur cum oleo donec
fiat sicut cera et sedat dolorem et abscidit
hasaf et fistulas quando fit emplastrum
cum ea cum rebus et resolvit apostemata et aperit
ea in quibus est aggregata sanies et re-
staurat ossa fracta, quia quando miscetur
cum oleo donec dissolvatur confert ad hoc. Et
expellit livorem qui fit sub oculo. Et
quando fit ex ea emplastrum cum vino sedat
panaritium etiam resolvit apostemata
et aperit ea et emplastrum factum cum ea
extrahit ossa et ingreditur in constitutionibus
unguentorum corrodentium carnem quia potatur
de ea ℥ i ad epilepsiam et administratur
sic et confert apoplexie et opilationi. Et
quando bibuntur ex ea ℥ ij confert mor-
sibus tyri et occidit fetum quia accidit si in-
mutatibus sumatur de ea pinnixero tonuis.
Et quando mulier subicit eam sibi
expellit fetum et secundinam et quando bibitur
provocat urinam et fit cum ea mixta
melle lohoc conveniens anhelitui
et habentibus tussim et dolorem lateris et
quando bibitur de ipsa cum aceto xxx
diebus pondus ix. ℥ consumit et re-
solvit duritiem splenis et fit cum ea
emplastrum cum ficubus super duritiem sple-
nis et confert et decoquuntur et fit sessio
in decoctione ipsius mulieribus et mun-
dificat matricem et expellit fetum. Et
siccatus radicis eius exprimitur in tem-
pore veris et bibitur succus ille cum vino de-
mellicato ad ea que de vomitu expurgat
flegma. Et fructus eius confert scabiei
quando fit in unctio cum eo vel epithima. Et
quando extrahitur succus a stipitibus eius et bibitur
cum frumento cocto provocat lac. Vitis
nigra nominatur fesrestetam. Et est planta
que habet folia similia plante foliis
que dicitur cissus id est edera nisi quod declinat
quod dicitur plus ad similitudinem foliorum habet quod dicitur
plus ad similitudinem et folia eius similiter nisi quia
semitas et rami eius sunt maiores
folia istius et rami eius involvuntur amplectentes plantas
et ipsa involvuntur et suspenduntur
alias quibus approximat et suspenditur
eis cum suis capreolis et habet fructum
similem racemis uve videmus in suo
principio et nigrum cum maturavit. Et
radix eius est nigra de foris et intus
coloris buxi. Et virtus eius est sicut
virtus vitis albe nisi quia est debilior
ea. Et capoli istius plante quando co-
quuntur et comeduntur sic superioribus
provocat urinam et menstrua et resolvit apostema-
ta splenis et confert epilepsie et paralisi
et stomacho debili. Et radix eius habet virtutem
similem virtuti radicis vitis albe et
confert dolori sicut illa nisi quia virtus huius
est debilior virtute illius. Et cum ex
foliis eius fit emplastrum cum vino confert
vulneribus asinorum que sunt ulcerata
et ministrantur torsionibus nervorum.

35 Cedhasuch id est Cusachus. Cuscute.
Et in latino dicitur cinna habo an-
pha est res que adheret herbis
involvens eas sicut fila et in summitatibus
habet fructum subtilem et ipsa crescit in
arboribus et summitates eius involvuntur
simul et reperitur multum de ipsa in
vineis et in lino et desiccat multum
herbas. Et multi utuntur ea ad usum
curationis et in ipsa est amaritudo

et ponticitatis plus amaritudine. Et
virtus eius prima est calida in primo gradu sicca
in secundo. et virtus eius secunda est virtus que ab-
stergit et fortificat et tercia est virtus
que aperit opilaciones epatis et renum
et fellis et mundificat venas subtiles
et grossas ab humoribus grossis colericis
et fortificat stomachum et epar et succus huius
recens quando bibitur cum syrupo provocat
urinam et confert ycteritie que fit ab
opilacione epatis et febribus et propter hoc fe-
nisanciam sed illius qui utitur ea multum
confortatur stomachus propter eius fortem stipticitatem
Et proprietas eius est purgare co.
et virtus quidem oppilacionis eius fortior
est absinthii fortitudine oppilacionis
et dosis eius est libra media decoctionis
eius aut infusionis cum ʒ x ʒ urinam(?)
boni. Chesaruche est frigida et humida
et est in ea stipticitas et confert ytericie et
opilacioni epatis et splenis. Albahad
est composita ex virtutibus contrariis et est in ea
amaritudo et stipticitas et est calida in primo gradu
sicca in secundo et confert stomacho et epati et eorum
opilacionibus expellit superfluitates
venarum mollit ventrem confert febribus
quando comeditur aut bibitur ex aqua eius
Et de proprietate eius est expellere su-
perfluitates antiquas a renibus. Barbor-
bensel complexionis caliditatis eius aut
frigiditatis est secundum complexionem arboris cui
adheret quoniam ipsa fit calida propter adheren-
ciam calide arboris et frigida propter adherenciam
frigide. Albapar custure(?) est bonum sed
et ingerit quando miscetur cum ea anisum et
semen apii

Kadi

36 Kadi id est habeamsi est herba
que nascitur in terris arabum in
partibus hamen et est illa cum qua
aromatizatur oleum quod dicitur oleum kadi
Et narravit michi ille qui vidit quod est
una ex palmis huius altitudinis et quando
egrediuntur summitates eius absconduntur illa
summitas anguina(?) aperiatur et apparet in flore
eius odor bonus. Et artifices Cor-
naci lino lenificant colores suos et
clarificant ut sint lucidi cum capite
kadi et ipsum est grossum et habet vesicam
et mollicie

Volubilis et Edera

37 Lablab id est volubilis minor id est lupu-
lus secundum quosdam. Due sunt species in
et una earum dicitur Cussuth et dicitur
funis pauperum et est maior et agrestis

et est herba similis volubili minori ni-
si quia est durior ea. Et species eius sunt
iii quarum una est alba propter albedinem
sui fructus quia secunda est nigra et nominatur
sic propter sui nigredinem et habet semen nigrum
vel coloris et quia eciam dicitur ... et non
habet fructum sine semen et est illa que adheret
rebus et habet ramos minutos et folia
minuta viridia anglosa amorum et ...
Et est alia species que dicitur achim et minor
et est herba cuius folia sunt similia foliis
Cussuth nisi quia sunt minora eis et habet
ramos longos qui adherent omni cui
appropinquant de arboribus et nascitur in
vineis et inter triticum et in campis et est
species que dicitur achim et est volubilis minor
et assimilatur in foliis volubili nisi quia
sunt minora eis et magis rotunda et super
ipsam sunt pili et habet ramos minutos
longitudine circa longitudinem v palmarum
aut vi exeuntes ab una radice et sunt
pleni foliorum quia folia eius sunt pontica
nascitur inter triticum et in locis domesticis
Et herba Cussuth est composita ex duabus
substanciis terreis una quarum est frigida et alia
calida acuta et est in ea dum est recens 3a
substancia aquosa que quando desiccatur resolvitur
et remanent due substancie terree in sapore
eius est stipticitas et acuitas. Et
virtus eius secunda est virtus que resolvit
et adunat et virtus tercia est dum folium eius
est recens. Si coquitur in vino consolidat
vulnera magna et maligna et curat ulcera
fraudulenta et consolidat ea que fiunt
a combustione ignis. Et quando coquitur
cum aceto et emplastratur cum ea splen re-
solvit apostema eius et aperit opilacionem
ipsius sed flos eius est fortior et ideo quando
teritur et miscetur cum cerato est plus cu-
re iuvativum combustioni ignis. Sed
succus eius est medicina cum qua fit
caputpurgium in dolore capitis antiquo
Et quando distillatur in aure curat hu-
mores qui currunt ad ea quando se impetrati
et curat ulcera antiqua que sunt in ea
et in naso. Et si succus eius est in aliquo
tempore calidus oportet admisceri cum eo oleum
rosarum aut aliud oleum delectabile. Et gummi
eius est et proprie nigre virtus est virtus
que adurit adustione occulta et ideo
occidit pediculos et abradit pilos et
non oportet multum uti succo eius et proprie

nigre quia debilitat corpus et conturbat
sensus. ¶ Et species cuscute sunt acute sapo-
ris et nocent nimis. Et que sunt de flore
cuscute cum quantum possumus rebus digestis
capere et potatur cum vino confert ulceribus
intestinorum et oportet quod potetur bis in die.
Et quando teritur et miscetur cum mumia dispo-
sita cum oleo confert ulceribus factis a com-
bustione ignis. ¶ Et folia eius recentia
quando coquuntur cum aceto aut teruntur sic
sunt cruda curat dolorem splenis et teruntur
summitates. ¶ Et exprimitur
folia eius et succus et miscetur cum oleo de lilio quod di-
citur et miscetur cum melle et nitro et fit caput purgium
cum eis in dolorem antiquum capitis. Et miscetur
cum aceto et oleo rosaceo et linitur caput
ad hoc. ¶ Et quando miscetur cum oleo de yreos
curat dolorem aurium et saniem que egreditur
ab eis. Et quando exprimitur aqua ex nigra
cuscuta et similiter aqua summitatum eius
et potatur destemperata nimis debilitat cor-
pus et turbat sensus. ¶ Et quando accipiuntur
summitates eius et teruntur bene et calefiunt
in cortice malignati cum oleo rosaceo et
distillatur in aurem contra dentem dolentem
sedat dolores eius et denigrat capillos.
¶ Et quando coquitur cum vino et fit inde
emplastrum confert ulceribus corporis que fiunt
ab adustione ignis et abstergit pannum.
¶ Et summitates eius quando bibuntur provocant
menstrua. Et quando accipiuntur ex eis ʒ ij et suf-
fumigatur mulier cum eis post conceptionem prohibet
impregnationem. Et quando ex summitatibus eius accipitur
cum foliis et fit nasale cum melle provocat
menstrua et facit parere partum. ¶ Et quando tunditur
et exprimitur succus eius et ponitur in naso
purgat fetorem putridum qui est in eo.
Et quando cum lacmo eius linuntur capilli
evellit eos et non sinit renasci et
occidit pediculos. ¶ Et quando radices
eius teruntur et exprimitur aqua earum
et miscetur cum aceto et bibitur confert
veneno et utile. ¶ Et Galienus ac si. Virtus
eius est resolutiva. Et dixit D.
quod quando bibitur ex succo eius laxat
ventrem. ¶ Et Ezachim. Sapor eius est stipticus.
¶ Et sapor eius est stipticus et virtus
eius est virtus que abstergit abstersione
parva. Et dixit D. quod quando emplastratur
cum sanich et ponitur super oculum confert
apostemati calido quod fit in eo et prohibet
cursum humorum ad eum. ¶ Et quando
coquitur et bibitur ex decoctione eius

abstinet fluxum ventris qui fit
ab ulceribus intestinorum. ¶ Abenmesuay.
Lebleb est calidum in medio primi gradus
et in principio eius est acuitas et est in ea
ponticitas pauca. Purgat coleram
adustam. Et post hoc dixit virtutes eius
eas sicut dixit D. et G. de cuscuta
et dixit quod est medicina et non tamen quod
dixit in operatione curatiorum. Et dixit
quod de proprietate eius est purgare
lebleb quod de speciebus aque eius est cum tenera
colera et dosis aque eius est cum tenera
lb. usque ad ij partes lb. clarificate
sine ebullitione cum ʒ x zuccari.
¶ Ysaac Benaram. Quando
vel ponderum. ¶ Ysaac. Benaram quando
summitates eius coquuntur minuitur virtus
eius in laxando sed aperit opilaciones
plus. ¶ Albansi. Lebleb est frigidum et siccum
purgat et confert duriciis. ¶ Habix.
Lebleb est frigidum et humidum purgat
cum viscositate que est in ea et expellit
coleram et laxat ventrem laxatione bona.
Et quando miscetur cum ea zuccarum. Si vis
addere in virtute eius adde ei de cassia fistula
dissoluta in aqua fructi. Et non oportet
quod bibatur lebleb nisi sine ebullitione
quia quando bullitur recedit ab illa viscosi-
tas eius cum qua laxat ventrem
et expellit eam. ¶ Et quando coquitur
cum oleo amigdalarum et datur in cibo confert
ulceribus intestinorum et humidibus
tussim quia quantitas potationis eius
est ab una lb. usque ad ij. Lapdanum

38 Ledan i. lapdanum quod colligitur
ex una specie cuscute et nominatur
lapdanum et est arbustum quod
assimilatur cuscute nisi quia eius folia
sunt longiora et nigriora quia habet
humiditatem que adheret manui tan-
gentis eam in vere et est stiptica quia
confert ad omnia ad que confert cuscuta.
¶ Et ex hac quidem specie accipitur lapi-
danum quoniam quando capre pascuntur ea
adheret humiditas eius pilis earum
quia est sicut viscus quare apparet
in corpis earum et in barbis quia ideo
sunt homines qui colligunt illam
humiditatem et mundificant eam et faciunt
trociscos et reponunt. ¶ Et sunt homines
qui accipiunt funes et trahunt eos
super plantam illam et quod adheret
eis de illa humiditate emungunt

a fine et colligunt et faciunt crocastos
¶ Et fortius ex lapdano est illud quod
est boni odoris coloris virentis ad ni-
grorem sub molli tactu et qui malaxatur
adheret manibus et non est in eo sabulum
et non assimilatur resine pini et cypresse
est huius et quod fit in terris arabum et alibi
est grossius ¶ Substantia eius est subtilis
multum in sapore ipsius est stipticitas
pauca et virtus eius prima est calida in fine
primi gradus ipse secundum quia virtus eius secunda est
virtus que mollificat et replet mol-
lificatione et repletione grata ¶ Et
maturat similiter et aggregat et fortificat et
virtus eius tertia est virtus que confert
egritudinibus matricis et fortificat eam
et facit oriri capillos qui cadunt propterea
quia destruit quod est in radicibus eorum
ex humiditatibus malis et aggregat et
stringit sua stipticitate poros per quos
egrediuntur capilli ¶ Et dixit in iiii
katagenis quod lapdanum maturat ulcera
difficilis consolidationis Et virtus lapdani
est calida mollificativa apertiva orificiorum
venarum quando miscetur cum mirra et vino et
oleo mirtino retinet fluxum capillorum
¶ Et quando linitur super cicatrices ulcerum
meliorat eas quia quando mittitur mantice
cum vino quod dicitur ydromel aut cum oleo
ro. curat dolorem earum quia fit inde suffu-
gatio ad expellendam secundinam et ponitur
in confectione nascalium vel confectionum
matricum et confert duritiebus earum et miscetur
in medicinis sedativis doloris et in medicinis tussis
et in unguentis ¶ Et quando bibitur cum vino
veteri stringit ventrem et provocat urinam

Draguntea et yarus

Lus id est draguntea et
39 est draunction et
Laaron id est yarus et est sare et
darunctionis blesi in hagem Et sunt due
species una earum dicitur in greco aaron
et secunda draguntea Sed aaron habet folia
similia foliis draguntee nisi quod sunt
minora eis sine maculis et habet caulem
longitudine quasi unius palmi color
eius est purpureus et in eo est similitudo
pistilli aut mortarii cuius color est
croceus sine citrinus et habet radicem albam
similem radici draguntee et coquitur
et comeditur et est minus calida quam radix
draguntee ¶ Et apponuntur folia eius
pluribus medicinis quia exsiccantur et sola
et coquuntur et comeduntur et radix eius
reponitur sicut radix draguntee quia plus
quam de ipsa comeditur est radix eius
propter paucitatem sui acuminis ¶ Sed dra-
guntea habet folia similia foliis cuscute
magna et habet maculas albas multas
quando caulis eius est equalis longitudini
duorum brachiorum similis corde serpentis
qui color eius est purpureus ma-
culatus diversis coloribus et est sicut virga
in sua grossitudine et habet in summitate vive
quoddam simile racemo uve cuius color
est in primis quando apparet similis colori herbarum
quia quando maturatur est similis colori croci
et pungit linguam et radix eius est rotunda
similis radici bulbi similis radici
herbe que dicitur luf ¶ Et super ipsum est
cortex tenuis nascitur in locis umbrosis
humidis et in campis et oportet colligi radices
eius in tempore messis et ablui eas et
mundari et desiccari in umbra ¶ Substantia ra-
dicis eius est subtilior quam substantia radicis
aaron et in sapore eius est acuitas et
amaritudo et stipticitas pauca et virtus
eius prima est virtus que calefacit et de-
siccat in secundo gradu quia virtus secunda est virtus que
abstergit et subtiliat Et virtus eius tertia
est virtus que mundificat et aperit opilationes
epatis et splenis et renum quia subtiliat
humores grossos viscosos et confert multum
vulneribus malis quia abstergit ea et mundificat
mundificatione forti et confert omnibus
egritudinibus que indigent abstersione
quando linitur super eas cum aceto sicut sunt
boach ¶ Et virtus foliorum eius est eadem
et ideo confert vulneribus humidis recentibus
et ulceribus ¶ Et cum utique folia sunt minus
exsiccativa est materia earum in vulneribus
plus secundum hoc quod est quia folia quando sunt minus
sicca sunt calidioris virtutis quam oporteat
vulneribus recentibus sed a percussionibus
quia semen eius est fortius foliis et
radice et ideo curat cancrosa et apostemata
que fiunt in naribus que nominantur multorum
pedum et est polipus ¶ Et succus luf
mundificat maculam oculi que fit ab
ulcere quia iam utuntur ea quando linietur
cum ea capitur recente ex eius quia custo-
dit eum et prohibet ab eo putrefactionem propter quod humor
eius frangitur ¶ Et semen eius siccum quando
exprimitur aqua eius et miscetur cum oleo

et distillat in aure sedat dolorem eius et qui
ibibitur in eo lana et imponitur bis in ipsorum
naribus aufferet carnem eius superfluam
que dicitur polipus et cancros ¶ Et quando
bibitur de semine eius xxx grana cum
vino aqua mixto expellit fetum ¶ Et
dicitur quod quando mulier vult parere odoret florem
eius per aquam et extenuatus qui agelat
partum eius ¶ Et radix eius est calida et
confert asmati quod non sinit hominem iacere
et attione interiorum et tussi et catarro
¶ Et quando elixatur aut assatur et coquitur
cum melle facit egredi humiditates a pectore
et expectoratur et miscetur cum melle et comeditur
et provocat urinam ¶ Et qui bibit
cum vino excitat coitum et quando miscetur
cum medicina que dicitur fuxar et cum melle
et fit sicut unguentum purgat ulcera frau-
dulenta et consolidat ea et fit ex ea lici-
nium fistulis et ad fetum expellendum
et dicitur quod quando aliquis inungit cum radice eius
manum suam non mordet eam tyrus
¶ Et tritur et miscetur cum aceto et linitur
cum eo bobach et eradicat ea folia eius
quando teruntur et ponuntur in vulneribus loco li-
cinii conferunt ¶ Et quando coquitur cum vino
et ponitur super fissuras que accidunt propter
frigus iuvat ¶ Et quando capillus involuitur
in eis non nascitur in eo ymnes quia aqua
radicis eius confert ulceribus oculorum que
dicuntur canalion et ulceribus que dicuntur
locunia quia ulceribus que dicuntur hahalos ¶ Et
comeditur radix eius in dispositione
sanitatis cocta et cruda et homines ipsi
que dicitur animidabis coquunt radicem et co-
medunt ¶ Et secundum aaron radix eius est
illud quod est magis iuvativum in ea et
herba eius est citra et sapor eius est amarus
¶ Et virtus eius prima est quia calefacit
et desiccat in primo gradu quia virtus eius secunda est
virtus que incidit et abstergit ¶ Verumptamen
virtus abstergens non est fortis in ea ¶ Et
virtus eius tercia est virtus que incidit
humores grossos incisione qua comeditur
et propterea iuvat ad extrahendum humores
pectoris ¶ Et virtus foliorum et radicum
eius est sicut virtus foliorum et radicum
draguntee quia quando folia eius emplastrantur
cum radice ipsius et stercore bovino con-
ferunt podagre sicut diximus ¶ Mahaleb

80 Mahaleb i. ¶ Id est arbustum
quod assimilatur arbori alcanne
in magnitudine sua huius folia
similia foliis olive nisi quia sunt fortiora
et latiora eis et habet fructum similem
fructui masticis nigrum in cuius sapore
est dulcedo et est fructus eius albus sicut
in racemis et nascitur in locis aquatilibus
et folia eius sunt stiptica sicut folia
olive agrestis et confert in omni eo in
quo necessaria est stipticitas vel stipticitate
propter ulceribus oris quando masticantur et fit
cum eis collutio ¶ Et qui bibit decoctionem
granorum eius provocat urinam et dicit
alii et cetera ¶ Et dixit G. in tractatu
nono sunt quidam qui putant ipsum
esse carpobalsamum et iam diximus
de eo in capitulo balsami ¶ Abenmesuai
est calidum et mollificat et confert dolori ulcerum
quia qui bibit confert nausee et est
una ex rebus que extrahunt superflui-
tates a corpore quod impugnat ipsum et ex-
pellit lumbricos et ascarides et
confert podagre ¶ Damasci ipsum
frangit lapidem ¶ Mesarugie est temperatum
et in eo est resolutio et dicit quod est frigidum
et siccum ¶ Albasar almahaleb est ca-
lidum in secundo gradu siccum in primo frangit lapidem qui est
in renibus et vesica et defertur ab and..
gen et ab nahamit et melius ex eo
est illud quod appellatur margaritis
minoribus et habet bonum odorem ¶ Albasar
mahaleb est temperatum resolutivum provocat
et sedat dolorem ¶ Et ysaac mahaleb est calidum
mollificat membra indurata et si est
egritudo elongata propter percussionem ¶ Ysa-
ac benaram almahaleb sunt species
ex eo et sunt album et nigrum et viride
album scilicet rotunda granula ita quod maius ex eis
est sicut ciceruula et est in insula quia
minus ex eo est in hyspania ¶ Melius
ex eo est albius et mundius et purioris
odoris ¶ Deterius vero ex eo est nigrus
et administratur medulla eius sine cortice
¶ Et cortex eius est niger extrinsecus
intus albus defertur a monte lebu-
est et de dorbegey et de nahaund et habet
arbores grandes quia colligitur in
septembri ¶ Et istud quod dixi viride
est granum et cortex eius et est calidum in
secundo gradu siccum in primo frangit lapidem vesice
et renum quia medulla eius ponitur in
unguentis et cortex eius ponitur in abster-
gentibus et in clausuren ¶ Mamia

81 Memia i. mana ¶ Mescha mana
est calidum et abstergit et lavat nisi quia
virtus eius augetur et diminuitur

sim diversitate arborum super quas cadit
¶ Mesarugie est ca. in p° et .2°. temperata in
humiditate et siccitate bona pectori et
pulmoni et quod de ipsa cadit super arbore
tamarisci est bona tussi ¶ Abenmesuai
Manna cadit super tamariscum et quod
de ipsa colligitur confert tussi et asperitati
pectoris Collegit Isaac et dixit quod manna
cadit super arborem que dicitur tamariscus sic
mel et qui facit moram super plantam ipsam
albescat sed qui non diu ibi moratur sed col-
ligitur cito cum folio eius est viridis rubea
est ca. in fine et .2. sic appropinquans caliditati
Et melior ex ea est cuius color est clarus
appropinquans albedini et habet proprietatem rubori
sine admixtione alicuius ligni confert
relaxationem stomachi et stringit ventrem et
confert aque citrine qui bibitur de ea
et emplastratur venter et ingreditur in
medicinis apertivis et excitat catarrum qui
fit cum gargarismo cum ℥ i de ipsa mundifi-
cat cerebrum et expellit ab eo ventositatem
grossam et fortificat membra qui miscetur
cum eis in potationibus et gargarismis et
delet asperitatem flaticam et miscetur in
confectionibus magnis propter excellens
iuvamentum quod est in ea Storax
Methahal id est storax Eius due sunt
species scilicet liquida et sicca ¶ Ysaac
Bendaram arbor storacis est magna
habet lignum quod assimilatur ligno salicis
folia eius sunt similia foliis xeilem
id est lolii habet fructum album maiorem quam
avellana similem prunis albis duos
habentem cortices quorum exterior comeditur
et est in eo amaritudo et interius est
nucleus pinguis sicut nux et exprimitur
ab eo oleum et cortex huius fructus est
storax sicca ¶ Et gummi huiusmodi ar-
boris est lubne et est storax hemi-
tarum et est albe et lubne hemitarum et
est gummi album fortis albedinis ¶ Et
melior species eius est lubne quia me-
lior ex storace sicca est rubea que as-
similatur mici et est illa cum qua preparatur
storax artificiale Et deterior ex ea est illa
que est arida nigra similiter vero storacis li-
quide quod non habet oleum administratur in
suffumigationibus costi amari et illa in
qua est oleum ingreditur in unguentis bal-
¶ Et melior eius liquida est lubne
muscatum et est sicut gummi album al-
bedine mixta rubedini et postea est

liquida que clarificatur et non habet oleum et
est spissa ru. quia deterior ex ea est lenis
nigra Et subtilis adulteratur cum oleo et
oleum inficit fumigationem quia figura lubne
ambe assimilatur gummi al. et sua nobili-
tas est sicut fumus albus cum rubedine
Et lubne quidem muscatum est lubne
hemitarum et est notum apud christianos
et est storax et est rubea gummosa ac
si sit gummi ingreditur in lumuchaluch
et barthamiach et utitur ea Xam in cor-
poralibus et suffumigationibus et deterior ex
ea est nigra que assimilatur ferrugini ligni
¶ Et storax liquida est pinguedo mirre
recentis et exhibit a mirra quia trahitur
ea cum aqua pauca et premitur cum torno
et est boni odoris et ingreditur in confectionibus
et sola etiam sine admixtione est bona
¶ Et melior ex ea est illa que non habet ad-
mixtionem alicuius olei et parum ex ea est
multe utilitatis et calefacit et calefactio eius
similis calefactioni mirre et olei et calidorum
siccorum ¶ Et storax est species mecha et
mecha est gummi arboris que assimilatur
arboribus citoniorum et melior ex ea est
pinguis ru. pluris resine pini et sunt in ea
frusta alba et remanet in ea odor bonus
longo tempore et qui frangitur emanat
ab ea humiditas que est sicut mel Et illa
que est nigra sicut furfur est mala
quia iam invenitur in ea gummi simile gummi
arabico colore claro cuius odor est sicut odor
mirre ¶ Et parum quidem invenitur de hoc
gummi adulteratur storax cum fatura lig-
ni putrefacti comesti qui miscetur cum melle
et residuo mirre et similiter yreos et aliis
rebus Et sunt quidam qui miscent sepulc-
tum cum storace in sole calido et colatur
cum colatura ampliorum foraminum super
aquam frigidam et fit figura eius sic vimelli
et eligunt illud stolidi putantes non adul-
teratam propter virtutem sui odoris et illa que
non est adulterata habet odorem acutum ¶ Et
fumus storacis est fortior fumo mirre
et fumo olibani ¶ Et virtus eius prima
virtus que calefacit et secunda est virtus que
mollificat et maturat et 3a est virtus
que curat tussim et corizam et raucedi-
nem et provocat menstrua qui bibitur et qui suffu-
migatur quia fumus eius est similis fumo oli-
bani ¶ Et dixit Galienus in v° epidimiarum et commento
de ingenio sanitatis quod est una ex rebus

mortiferis sicut iusquiamus et madragora
¶ Et virtus eius est cum mollificativa ma-
turativa confert tussi et catarro et corrisse
et raucedini Et qui bibit et fit ex ea
nasale confert duritiem in matris et
duritiei eius et provocat menstrua ¶ Et qui de-
glutit cum panico gummi album mollit
ventrem mollificatione levi quia miscetur
cum aliquibus ex unguentis resolutivis et cum
oleis que resolvunt lassitudinem et ad
ministratur assata et torrefacta et adusta
et colligitur fumus eius sicut fumus
olibani ¶ Et fumus eius quo utuntur
syri calefacit et mollificat satis et facit
soda et subeth ¶ Albugerich gummi quod
emanat ab arbore est cum et sic confert
dolori pectoris et pulmonis et delet corri-
zam et retinet ventrem et aromatizat
stomacum et confert ventositatibus grossis et noda-
tionibus membrorum qui bibitur aut linitur
extius et ulceribus confert et scabiei humide
et sicce qui linitur cum ea cum aliquo ungento
et confert catarro qui fit suffumigatio
cum ea ¶ Ysaac dixit ¶ quod ipsa est narcoti-
ca et dormire facit quod medicorum quod est ca-
et adhuc quod est cum in virtute confortat caput
sicut facit nuca et clavus quest cum ceca et
facit hoc ¶ Acaban fumus storacis est
bonus catarro multum ex libro qui dicitur
continens totum storax est cum et sic stringit
ventrem ¶ Albuz quod emanat ex arboribus
mecha eorum christianorum et insularum egreditur
a cortice arboris cum humiditate que emungitur
ab eo et coquitur cum igne et pressa exprimitur
et egreditur humiditas eius et nominatur
storax liquida et remanet cortices
siles viridare et nominatur storax sicca et
cum et sic in prima inpositione eius quod Et sicci-
tas eius est minor sua caliditate et liquida
quidem confert dolori pectoris et pulmonis
et desiccat catarrum et retinet ventrem
et purgat stomacum et corroborat partes eius
et confert ventositatibus grossis et etiam
nodationibus membrorum qui bibit et linitur
extius et confert ulceribus que sunt extra corpus
et sanat scabiem et bothor humidum et siccam
qui linitur ea cum aliquo ungento Et sicca
ex ea fit descendere catarrum a capite
qui fumigatur cum ea ¶ Et multi sunt qui
ponunt eam in confectionibus volo dicere liquida
83 Nilegi i. indicus ¶ Greca Indicum
et uesme et chear et azlem ¶
est de ipso domesticum et silvestris
quam domesticus est ille quo tinctores
utuntur ¶ Eius folium est simile folio pla-
taginis nisi quia est magis viride et
fortioris nigredinis sed licet stipitem
longitudine unius brachii habentem Et
agrestis magis assimilatur domestico nisi
quia folium eius est magis simile foliis
lattuce habet ramos longos plures gallis
cum multis ramulis quorum color tendit
ad rubedinem et in summitatibus ramorum
sunt vagi inde multe similes linguis
et est in eis semen et habet florem subtilem
pavum ¶ Et domesticum est ille quo
utuntur tinctores Sapor eius est amarus
stipticus et virtus eius prima est virtus
que desiccat fortiter sine acumine quia
secunda est que maturat et resolvit et
virtus tertia est virtus que conglutinat ulcera
que sunt in corporibus diversis et si fiunt
in capitibus musculorum et abscidit fluxum
sanguinis et dissolvit et diminuit apo-
stemata mollia diminucione multa quia habet
ulceribus putridis convenientia multa corro-
sivis et si apparet aliquam duritiem in extu-
sime miscetur cum foliis eius quando
teritur panis et farina ordei aut
sanich aut farina frumenti ¶ Et qui
fit cum foliis eius emplastrum apostematibus
confert et ulceribus nam in principio ipsum
conglutinat ea sua caliditate et abscidit
fluxum sanguinis et curat formicam et
herisipilam ¶ Et agrestis in sapore eius
est acuitas manifesta et virtus eius
prima est virtus que desiccat plusquam
domesticum Et virtus eius secunda est virtus
que resolvit et conglutinat plusquam
domesticus quia virtus eius tertia est virtus
valde fortis in curatione putredinis
humide que fit in ulceribus et minuit
splenis propter fortitudinem sue virtutis
¶ Et confert spleneticis qui bibit et
fit emplastrum de eo et iuvat plusquam
primus ¶ Chaboamphia hahahadme
et aloesme est arbustum pulverulentum
cum elevatur cum stipite suo longitudine
i. brachii et habet gemina ramorum et in
summitate sua est flos sicut flos cori-
andri exsiccatur et teritur et ponitur cum
alcanna quia dicunt quidam quod adhlem
et arbor inlegi et chat et uesme est
idem ¶ Ysaac Benaram uesme est

hasahat et est planta habens folium longum
colore quasi azurum plusquam folium saliceis
assimilatur folio fazeoli. G. et est in manibus
eo aufert albhegez et abaliemen et
declinat ad caliditatem et est in eo stipti-
citas denigrat capillos et pilos barbe
¶ Isaac. vesme est calida et sicca stiptica
et tingit capillos. Caries ligni corrosi
44 Nuthaharech uchahib .i. caries
ligni corrosi. A. corrosio ligni
vetus est sicut farina que congregatur
cum plurimum ea mundificat ulcera et
quando miscetur cum tuma Damasci et conficitur
cum vino et ponitur in pecia et comburitur
et teritur et pulverizatur super ulcera que ducuntur
formica prohibet dilatacionem eorum in
carpe. G. ¶ Caries ligni et propter ligni
habentibus stipticitatem et virtutem abstergendi
sicut sunt quedam species lignorum habentium
spinas mundificat ulcera humida et
abstergit ea si deo placuerit. Harmusch
Harmusch dicitur musca malorum gra-
45 natorum. Ysaac. benara est malum
granatum primum apertum sicut rosa et
est in colore suo inter albedinem et rubedinem
et citrinitatem et in medio sui habet florem
cuius color est sicut color eius et sapor
eius est ponticus et est odorifer sine
suavis odoris ¶ Confert acoristem
et est calidum in primo gradu siccum in ii et proprietas eius est
attenuare et subtiliare et loco eius pro
parum pondus eius de omnino car-
meno et etiam pondus eius de costo
¶ Abennesuay habet virtutem sicut nardi
¶ Bendigorius proprietas eius subtiliare
¶ Mesarugie est calida et sicca in ii gradu et
subtiliat ¶ Isaac. flos huius arboris
dicitur narsespica et est calida confert stomacho et
epati frigidis. Zuccarum
46 Zuccar .i. zuccaro. G. virtus eius
prima est virtus que depurat et secunda
est virtus que abstergit et resolvit
Et dixit in ingenio sanitatis quod zuccarum
ingreditur in medicinas que aperiunt opila-
ciones et abstergunt et mundificat vias
¶ Et est elongatum a nocumento sicut
eo ab eo quod facit sitim sicut mel
¶ A. est species ex speciebus mellis et venit
coagulatum super canna in India et ara-
bia et substancia eius assimilatur substancie salis et
frangitur sub dentibus sicut sal quare
quando resolvitur in aqua et bibitur
solvit ventrem et est bonum stomacho confert
dolori vesice et renum et abstergit obscuritatem
visus ¶ Abennesuay est calidum in primo
ii gradu humidum in medio primi lenit ventrem
confert stomacho eo quod abstergit illud quod
est in eo de re nociva sive de colera quia
expellit eam cum sua abstersione ¶ Et
tabarzed non mollificat ita sicut
salaimem quod zuccarum quod affertur
abhegez similatur frustis salis ¶ Et
zuccarum ad hosen andaraim confert
stomacho propter suam ponticitatem et est bonum
dolori vesice et renum quia abstergit visum
quando fit collirium cum eo et exsiccat et
resolvit pannum oculi et quando bibitur
non facit sitim propter paucam suam abster-
sionem ¶ Et propter hoc confert ydropisi quando
bibitur cum lacte madragune .i. lasfiha
¶ Abennesuay novum est calidum et humidum
et vetus calidum et siccum confert ventositatibus
que sunt in ventre et lenit ventrem
quare quando bibitur cum oleo amigdalarum dul-
cium confert colice et vetus ex eo confert
flati quia est in stomacho ideo quia facit sitim et
congregat sanguinem propter spissum. Et illud quod
affertur abelimem et quod est simile
mastici et dicitur zuccarum ahosor et est
bonum stomacho et epati propter paucam amari-
tudinem que est in eo ¶ Et de proprietate
zuccari est quod confert dolori vesice et
renum et mundificat ea ¶ Ysaac bo-
sulane zuccarum ex regionibus hei-
rez quod est nominatum zuccarum
ahosor est minus speciebus aliis in
dulcedine et plus in siccitate quare
non infert sitim sicut alie species
zuccari et habet operaciones laudatas
in dolore renum ¶ Et qui bibitur cum lacte
madragore confert ydropisi et lac
quando abhoser quando bibitur cum lacte
madragore facit hac eadem operacione
et est fortioris operacionis et magis
apparenter nisi quia est magis periculosum
habentibus complexionem calidam ¶ Thaboanfathaoster
habet lata folia et nascitur uno tempore
anni et habet zuccarum quod egreditur
ab oculis ramorum suorum et aloas
florum eius ¶ Et colligunt de eo
homines renum convenienter et zucca-
ro eius est amaritudo et egri-

ducitur albea mala sicut testiculi ca
melorum et egredietur ab illis pomis res
quedam adurens ita quod non potest fieri
cautium ad rem meliori ea que implet
exco aulatre et pulminara ¶ Et nominatur
arbor eius theritha et qui incidunt
folia haosor emittunt lac quod colligitur
in mense mayo et ponitur in eo corda
et non remanet pilus in eis quia vinum
vas implet et exdualis impressionibus
quia lignum quidem haosor est leue
grossum rectum pulcrum et io assplantur
cantilenarij in cantilenis suis bra
chia et acuta duarum ligno eius ¶ Alius
haosor est species titimalli abenne
suay in etio dependentibus sunt ca et hu
i i g maxime albi ex eis molliunt
ventrem sunt boni tussi id quod ipsi sunt
grossiores zuccaro Spica

Sumbel i. spica. Dicit eius species
sicam quedam est romana et e
indica et est alia romana et
est celtica et est montana Sed spica
nascitur in monte hanten in india quia
melior ex ea est recens leuis pinguis
ru. boni odoris et in ea est parum odoris
cypri autem spica est parua et qui masticat
remanet odor in ore diu et nascitur
in monte syrie spica que nominatur syra et
sunt in ea omnia que dicta sunt in indica
et nascitur iuxta ignem qui est sub monte
spica que est debilior quam indica pro
humiditate locorum in quibus nascitur et est
longior ea et maiores spice ¶ Et
arctius spicarum est ex una radice et
come spice sunt in ea ut sibi plures in
vicem adherentes pinguis coloris ¶ Et
fortassis venditur a quibusdam spica pro
quam madefacta est in aqua et signum in hoc
est albedo et extenuacio eius Et quia
non est in ea terra et adulteratur quia pulue
zatur super ipsam amomum in al. anti
momium cum aqua et zuccaro cum auge
di sibi plus ¶ Et oportet quod ipsa nun videtur
ad inaialitatem si est in radice aliquid luti
et excuciatur et colligas terra eius quia
ipsa est bona ad ablucendas manus
¶ Et sed spice indice est composita
ex tribus substanciis una earum est
stiptica et secunda ea acuta non tamen
minus tria declinat parum ad amari
tudinem et virtus eius prima est virtus que
calefacit in primo gradu et desiccat in ii. gradu.

quasi in fine ipsius quia secunda virtus eius
est virtus que abstergit et fortificat
et etiam quod confert epati et ori stomachi qui
bibitur et apponitur et provocat
vrina et curat mordicacitatem que est
in ore stomachi ¶ Et desiccat humores
qui adveniunt ei et intestinis et
humores qui congregantur in capite
et pectore et fortior speciarum spice
in hoc est indica et est fortior in
gredimus quam scrim Dicit virtus nar
di est calida et sic provocat vrina et
propter hoc quando bibitur stringit ventrem
quia quando fit cum ea nasale stringit ca
et desiccat humiditates que currunt ad gul
las macias et qui bibit cum aqua
frigida sedat sincopim et confert
cordiace et inflacionibus et epati egro
et yctericie et extitudinibus renum cum
decoquitur in aqua et sedet in ea mulier
confert apostatibus ea que sunt in matrice
et confert capiti capillorum et palpe
brarum propter eius stipticitatem et fuit
eos renasci et pullulant super illorum
corpora qui sudant nimis ¶ Et inge
ditur in confectionibus medicinarum et que me
oculi et teritur et confit cum vino et
ponitur in vase novo sine vitriatura
et ponitur in medicinis oculi ¶ Sed spica
romana est spica celtica et nascitur
sic in syria et est planta parua habens
folia longa cuius color vergit ad
rubedinem et flos eius est citrinus
quia melior ex ea est recens bonis
odor multorum radicum non facile fra
gibilis et quod de ipsa administratur
est radix eius et stipites ut quia
in eis est bonitas odoris eius et
innanctio ipsius et ipsa evellitur
cum radicibus suis et fiunt exoca fa
sciculi plene manus ¶ Et qui vis
ea uti oportet quod ponis fasciculos illos
postquam fiunt expansi super cartam
papiri et purgati aliquid dimissi
per nocte Sed a vero die purga ea
et eligas bona a non bonis et aquada
herba que sibi assimilatur et cum ipsa
simul evellitur quia cum volueris reponere
repone spinam eius et postea tere
radices et spinas et cum vino fac
trociscos et pone in vase terreo op
time clauso ¶ Et ipsa quidem adulteratur

ad quandam herba que cum ea revellit et
sibi assimilat in odore et etiam dissonat
fatiale quia habet stipitem et est altior et
folia eius sunt breviora quam folia spice
romane quia radix eius non est amara
neque est boni odoris sicut radix illius
¶ Et sapor eius est minus stipticus quam
indice et virtus eius prima est quod est calidior
ea et 2a et 3a quod est debilior virtutibus
in omnibus quam illa nisi in provocatione
urine ¶ Et virtus eius est sicut virtus
nardi sicut nisi quod provocat plus urinam
et confert magis stomacho et qui bibit cum
decoctione absinthii confert apostematibus
calidis epatis et vesice et inflationi stomaci
et qui bibit cum vino confert apostematibus
splenis et dolori vesice et renum et infla-
tioni stomaci et morsibus venenosorum animalium
et ingreditur in confectionibus oculorum ¶ Et
spica montana nascitur multum in terris cecilie
et folia eius sunt sicut folia kasahac
et ramuli eius sunt sicut ramuli spice
nisi quod sunt minores et spica non est ita
grossa neque ita spinosa et habet duas
radices aut plures nigras boni
odoris similes affadillo in quantum sunt
minores et subtiliores multum et non habet
stipitem neque fructum neque florem
¶ Et est debilior omnibus speciebus spice
¶ Et radix eius confert in omnibus in
quibus confert spica celtica ¶ Abenme-
suay proprietas spice est quod retinet
superflua que sunt in potu

28 Sedigi i. mala-
banstro id est herba que nascitur
in india et habet folia que expan-
duntur super faciem aque in illis partibus
sicut lenticula aque et non habet radicem
et qui colligit inserit filo lineo
statim et exsiccatur et reponitur et me-
lior ex malabanstro est recens
cuius color vergit ad albedinem aut
nigredinem qui est integer non confrin-
gitur et est boni odoris et est in eo de odore
spice Istud vero quod est inflexibile
et frangibile est malum ¶ Et dicitur quod
cum aqua desiccatur in estate ob calorem
solis accendunt incole ignem et comburunt
terram cum herbis omnibus siccis quod si non
hoc fieret non nascetur folium ¶ Et virtus
eius est similis virtuti spice ¶ Et virtus
eius est sicut virtus nardi unde

fortioris operationis eo quod malabanstro
est fortius in provocando urinam quam
nardus et melius stomacho et confert apostematibus
oculorum calidis que bulliunt cum vino
et linitur super oculum ¶ Et ponitur
sub lingua ad faciendum bonum odorem
oris et ponitur in pannis ut conservet eos
prohibens a corrosione et meliorat odo-
res eorum

29 Suchi i. gallia. Abenmesuay such
est stipticum prohibet fluxum vomitus
qui accidit propter humiditates et such
ventrem et fortificat stomachum et viscera. Such
est calidus et siccus. Sed abscondit fetorem sudo-
ris pullulantis ¶ Ysaac Benarum est calidus et sic-
cus in 2o gradu et est compositum ex virtutibus diversis
in calditate et stipticitate quod acquiritur a
musco et speciebus quibus propter hoc tamen confert
vomitum et nausee quod accidit propter humi-
ditates et retinet ventrem et confortat
stomachum et epar ¶ Et sunt eius species ....
such in katatum et such vetus et such
corii et such aque ¶ Et operatio such
musci est quod accipias de meliori ramich
et tere et cribra cum cribro pili medio-
cris in raritate et spissitudine et conficiatur
malapandobum et misce cum eo parum
olei de kerri vel sambacini ¶ Et oleum
de kerri est melius et dimitte sic nocte
una in vase suo vel confectum manet ac
de musco meliori et tere et cribra et ac-
cipe quantum vis ex eo et misce eam cum ramich
trito et postea malaxa manibus bene
sicut malaxatur pasta et informa ciscos
ex eo in forma ossium ductilorum aut maiores
si vis et unge manum tuam si vis sic
cum aliquo oleo ne adhereat manibus et
dimitte super cribrum de pilo duobus
vel tribus diebus donec stringatur ¶ Postea
perfora eos cum perforatorio et infige
in eis filum ex canabo quod non sit nimis
subtile neque nimis grossum et pone
inter unumquodque ciscum frustum ligni
ne se contingat et suspende eos donec
perveniat dies estatis et terre such quanto
magis morabitur et veterascet erit magis
odoriferum et erit fortioris virtutis et
compositionis et hoc est melior species such
et est quam oportet uti ¶ Et propter hoc ob nunc
narrare modos alios ¶ Et gallia co-
riorum est que fit cum coriis marsupiorum
et in quibus fit muscus ¶ Et de gallia

ex aqua est qui ponitur marsupia in
aqua cum qua preparatur tal conficitur rami(n)ch
et sinch ventium est qui incidunt minu-
tissime ventres marsupiorum et ponitur
cum ramich

50 Saxo est galla cipressi. Et quod
exe cipressi administratur sunt folia
et cortices et alie similitudines
et nuces eius et in sapore est acuitas
et parum pauca et amaritudo satis
et pontica est fortior in amaritudine
Sed de amaritudine et acuitate est
quantitas tanta quod facit eam penetrare
ad profundum corporis sine calefactione
et mordicatione et virtus eius prima est
virtus que desiccat in qua non est acuitas
et mordicatio apparens. Sed quantitas sue
caliditatis est quantitas que est sufficiens
ad penetrandum quia virtus eius tertia est virtus
que incarnat ulcera magna que sunt in
corporibus duris et aufert quod est in
corporibus duris ex putredine et expellit
eam manifeste et securat a nocumento
ipsius sue operationis et hoc quia cum alie me-
dicine que calefaciunt et desiccant
quamvis potest desiccare humiditates que
sunt in corpore ipse cum hoc attrahunt ad locum
cum attractione et caliditate sua humiditates
alias. Nucum nacio vero eius est ipse
qui est humidum recens et ipsum accipite
quia desiccat et ex hoc acquiritur et imbi-
bitur constrictio ipsius desiccatione humiditatum que
est in eis et cum hoc stipticitas sua preme-
nit usque ad profundum membrorum quia
hec caliditate unde per quam portatur
illa stipticitas. Et cipressus ponitur
in membris formice et hisipile quia miscetur
cum ordeo et aceto mixto cum aqua quia
inguinum cipressi est acuitas et putrido
et administratur in corpore mene sic alie
gume. Et cipressus est stipticus et
infrigidat et qui bibunt folia eius terita
cum vino et cum pauco mirre confert
vesice ad qua veniunt superfluitates et
confert dissinterie urine. Et nux
cypressi teritur recens et potatur cum vino
confert sputo sanguinis et ulceribus intestinorum
et est cum superfluitatum adventre et
asmati et tussi. Et decoctio foliorum

cipressi similiter operatur ut nux eius
Et qui teritur nux eius et conficitur
cum ficubus mollit duricies et curat
polippum in carne que nascitur in naso
Et qui coquitur cum aceto et teritur
et miscetur cum lupinis aufert albo-
res unguium. Et qui fit cum ea
emplastrum est bonum hirniosis. Et reputat
quod folia eius operantur sicut nux
eius. Et estimaverunt quidam quod nux
cipressi expellit cimices qui fit cum ea
suffumigatio aut cum similitudinibus aliis
cum foliis. Et nux cipressi qui teritur
et fit emplastrum cum ea conglutinat
vulnera et abscondit fluxum sanguinis
Et qui teritur et miscetur cum aceto
denigrat capillos. Et fit emplastrum
ex ea sola aut cum farina ad hisipila
et formicam et ad apostemata et oculorum
et qui miscetur cum vino et oleo dulci
et ponitur super stomachum fortificat ipsum
Alamulae et abenmesuay suffu-
migatio nucis cipressi expellit cimices

51 Saraces id est filox. D
Sic est herba que nascitur in montibus
et locis petrosis et non habet
stipitem neque flores neque fructum
et habet folia que expandunt sicut
ale et odore non bonum. Et radix eius
est nigra de foris longa aliquantulum multe
oruntur radicale et in sapore ipsius
est stipticitas. Et manus invenitur
quod est iera in radice eius. Et sa-
por eius est amarus parum habens
stipticum quia virtus eius prima est virtus
que desiccat desiccatione forti sine
mordicatione quia virtus eius secunda est
virtus que lavat et confortat virtute
et virtus eius tertia est virtus que interficit
vermes cucurbitinos qui potatur de ea
aurei iiii cum aqua mellis. Et ipse
eadem virtute interficit fetum et expel-
lit mortuum et desiccat ulcera qui ponitur
super ea exsiccatione forti sine mor-
dicatione. Et qui bibit ex radice
pondus iiii aureorum cum mellicrato occi-
dit ascarides quia qui potatur de ipsa
in potu pondus duorum anabsetch cum
scamonea aut elleboro nigro est melius
Et oportet qui vult eam potare quod

comedat cum acceptore eius alia. Alia species serapio. Est herba que habet folia similia sinapi nisi quod habet plures ramos et folia eius sunt latiora et remotiora a stipite et habet radices longas et color earum est rubeus cum pauca nigredine. Et quedam ex eis habent colorem rubeum vel rubicundum sicut color sanguinis et radix eius cum miscetur cum melle et fit inde lohoch expellit lumbricos longos quod cum datur in potu mulieri prohibet impregnationem. Et cum datur pregnanti facit abortivum. Et cum desiccatur et teritur et cribratur et ponitur de pulvere eius in fistulis humidis quarum sanatio est difficilis curat eas. Et folia eius tenera recentia elixata et comesta laxant ventrem. Et virtus eius est siccativa ventris sed non plus neque minus sarcocolle supradicte. Vernix
92 Sandarax id est vernix
Sandaraca gummi albugeneis est calida et sicca. Confert catarro cum fit fumigatio cum ea et desiccat vulnera. Abedbigonis de proprietate eius conferre catarro et abstinendi sanguinem. Desarugie desiccat fistulas. Abenmesuay est calida et sicca. Evellit superfluitates flaticas id est ventosas que sunt in stomacho et intestinis et occidit lubricos et ascarides et confert fluxibus et humiditate nervorum que accidit ex frigiditate et humiditate et repletione. Rabi sandaracis est calida et sicca pauca caliditate cum fit fumigatio cum ea confert catarro capitis et cum pulverizatur super vulnera desiccat ea. Acabari sandaracum est similis carabe in virtute sua et confert fumigatio eius fistule et desiccat fistulas. Ypps confert sputo sanguinis et emorroidibus. Ysaac benaram est gummi citrini coloris simile carabe sed non est ita durum sicut karabe et est in eo parum amaritudinis et affertur a terris christianorum et virtus eius est similis virtuti karabe. Et ex proprietate eius est quod retinet sanguinem et confert catarro. Et cum fit cum ea fumigatio confert fistulis. Et quando accipitur ex sandaraca et oleo rosaceo et linitur cum eis confert fissuris que sunt in membris et manibus et pedibus quod si non reperitur pone loco eius pondus tertie partis plus pondere ipsius de karabe quod quidam dixit esse gummi haur vernaie Sene
93 Sene habonansi Sene cum desiccatur reponitur et ipsum habet vaginas oblongas et obtortas in quibus sunt semina ordinate distincta. Et ille vagine habent pediculum subtile quo adherent ramulis. Et cum agitantur vagine a vento cadunt et pastores colligunt eas. Ysaac benaram dixit paulus quod sene confert ad alguesques ex melia et ad scissuras que fiunt in corpore et ad conquassationes membrorum et casum capillorum et confert pediculis et dolori capitis antiquo et scabiei et bothor et pruritui et epilepsie. Rabi sene est calida et sicca parum caliditatis et siccitatis et siccitas eius est propter caliditatem ipsius quod habet virtutem magnam cum pervenit ad stomachum purgandi. Et fortificat substantiam cordis et cum miscetur cum eo medicine quas dixi sicut est viola et pocio de epithimo confert quam ipsum tantum. Et dosis eius siccati est ʒ i et in decoctione ʒ v. Rasis. Sene et fumus terre purgant humores adustos et confert scabiei et pruritui quia dosis cuiusque amborum est a ʒ iiii usque ad vii. Fistici
94 Fusteg id est fistici. Galienus substantia eius est subtilis et sapor eius est fere ad amaritudinem declinans quod virtus eius prima est virtus calida et secunda virtus est que mundificat tertia virtus quod aperit opilationes et mundificat epar propter hoc et confert egritudinibus epatis et pulmonis et dicunt quod mollit ventrem et non stringit. Sed quod dixi est in oriente assimulatur pineis et confert stomacho et comeditur et bibitur tantum cum vino et confert morsibus venenosorum. Abenmesuay oleum eius confert morsui venenoso et dolori epatis qui accidit cum humiditate et cum teritur et bibitur cum decoctione confert morsibus venenosorum. Arthigenes est calida et sicca amplioris caliditatis quam nux et avellana. Rubea cinctorum
95 Fuenc id est rubea cinctorum. Quedam ex ea nascitur absque seminatione et quedam seminatur et habet ramos quadratos longos grossos plures habet que dicitur abarum nisi quod sunt minores eius et duriores quod super ipsos sunt folia diuisa ad invicem egredientia circa quemque iuxta nodos suos in similitudinem stellarum et fructum rotundum cuius color in principio sue apicionis eius est viridis postea

vero fit rubeus et cum maturatur efficitur niger
et quod de ipsa administratur sunt vene ipsius et
ipse sunt subtiles longe et ru[bee] ¶ Sapor
eius est stipticus et virtus eius prima
est calida et virtus secunda est quo abstergit et virtus
tertia est virtus que mundificat epar et
splenem et aperit opilationes earum et pro-
vocat urinam grossam provocatione forti
et menstrua et abstergit abstersione temperata
omnia que indigent abstersione ¶ Et
ideo confert morphee albe cum ponitur
super eam quia ipsa datur in potu cum melli-
crato sciatica, [illegible] et fluxibilitate
membrorum ¶ Radix huius herbe dicitur rubea
sicut dyoinius et est longa subtilis in-
et habet virtutem provocandi urinam cum bibitur
cum mellicrato et confert ytericie et scia-
tice et paralisi et facit mingere urinam
grossam multam quia fortasse facit mingere
sanguinem ¶ Et oportet adhibere cautelam
bibentibus ipsam in die sue potionis ¶ Et
qui bibunt aliquem ex summitatibus eius
cum foliis constringit morsibus venenosorum
¶ Et cum fructus eius bibitur cum sangui-
bin resolvit apostema splenis quia cum radix
eius subicitur provocat menstrua et deicit fetum
Et cum miscetur cum aceto et linitur
super maculas albas curat eas Pionia

96 Pionia i. poma. Et est radix
arboris et sunt eius due species scilicet
masculus et femina ¶ Masculi fo-
lia sunt similia foliis nucis et radix
eius est grossa sicut digitus et longa
ut palma et color eius est albus ¶ Femine
vero folia sunt sicut folia mirmon quia
superfluitates ramorum eius sunt sicut
camerule amigdali et cum aperiuntur ille
camerule apparent in eis grana rubea
sicut sanguis parva similia granis granati
et inter illa grana sunt semina nigra
seu purpurea quia radix eius est ramo-
sa et rami eius sunt similes glandi-
bus viii aut vii similes radicibus affo-
dillorum ¶ Substantia eius est subtilis et sapor
eius est stipticus pauca stipticitate
ad dulcedinem et cum diu masticatur
apparet in ea acuitas et mordicatio et
amaritudo pauca quia virtus eius prima est
virtus que calefacit caliditate pauca
et desiccat desiccatione forti ¶ Et virtus
eius secunda est virtus que abstergit et
fortificat et tertia virtus est quod provocat
urinam et mundificat epar et renes
cum sunt in eis opilationes quia dosis
eius ad hoc est sicut quantitas amigdale
cum mellicrato cum teritur et cribratur
subtiliter ¶ Et cum suspenditur super pueros
epilenticos curat eos quia cum coquitur
in vino aliquo pontico stringit ventrem
¶ Et cum bibitur de radice eius quantitas
unius amigdale a mulieribus que non bene
purgantur in partu mundificat eas per menstrua
Et cum bibitur cum vino confert dolori ventris
et ytericie et dolori vesice et renum ¶ Et cum
coquitur cum vino et bibitur stringit ventrem
Et cum bibuntur ex granis eius rubeis
xv grana vel xii confert fluxui menstruorum
et cum comeditur super dolorem stomachi et puncti-
onibus eius et datur ad comedendum
et in potu pueris et confert multum in
inceptione generationis lapidis que generatur
in eis cum bibuntur ex granis eius xv grana
cum mellicrato aut cum vino confert
suffocationi matricis et dolori qui accidit
in ea et confert in cibo ¶ Abraham filius
Salomonis israelitico quod ex arbore
pionie fit suffumigatio curat epilenticos
et cum suspenditur super epilenticum prohibet
ipsum ab epilepsia ¶ Sed et fructus eius cum lele-
inabim iuvat iuvamento magno Fu

97 Fu et in latino dicitur sistra ¶ Et est
spica silvestris et est frutex habens
folia similia foliis herbe que
nominatur eleborus et herbe que dicitur yposelinum
et habet stipitem longitudine unius brachii
aut amplius cuius color declinat
ad purpureitatem et est intus concavus
et nodosus habens florem similem narci-
so nisi quia est maior eo sed in albedine est
sicut ille et est in eo parum purpurei
coloris ¶ Et id quod est superius est gros-
sius quam quod est inferius sicut spica
frumenti et egrediuntur ab inferioribus
eius come involute sicut squinantum
et cellus niger et sunt invicem adherentes
quarum color vergit in rubedinem et habet
odorem bonum et est in ea aliquantulum de
odore nardi cum pauca pinguedine
¶ Et quod de ipsa administratur est ra-
dix quia adulteratur cum radice mirti
agrestis quando miscetur cum ea ¶ Sed co-
gnitio inter eas est facilis nam ipsa est
dura difficile frangibilis et habet

bonum odorem. ¶ Et in radice huius plante
est acetositas et virtus eius prima est virtus
que assimilatur virtuti spice. Et secunda virtus
est que provocat urinam plus quam spica
indica et deserem(?) et est in hoc sicut ma-
ragusa(?). ¶ Et virtus radicis eius est ca-
provocat urinam qui bibitur sicca et decoctio
eius idem facit et confert dolori lateris
et provocat menstrua et ingreditur in confectionibus
magnis. **Pinus arboris**

98 Tinnobar i. pinus arbor. pini
est masculus et femina. et masculus
nominatur arab. aboanse arz est
masculus et senobar non facit fructum
sed de sudore eius extrahitur pix. Et cum
ligno suo fit lumen sicut cum cera quando
accenditur et nominatur lignum illud cum
adhadi
quo fit lumen adhadi et est nomen
romanum. Et femina est illa que facit
fructum et est de illa magna et parva. ¶ Et
minor est in sapore sicut sapor ma-
ioris et est in ea aliquantulum saporis
amaritudinis et acuitatis et virtus eius
prima est cum humiditate et secunda virtus est
que conglutinat et lenit et tertia quod confert
saniei in pectore et convenit omnibus quibus
... educat saniem a pectore et facit ex-
spuere facile et qui infunditur in aqua
recedit acuitas et putredo que sunt
in eo et elongatur a mordicatione et tunc
est conglutinativus et medius inter complexionem
calidam et frigidam et medius inter substantiam
aquosam et terream et substantia aerea est in eo
pauca. ¶ Et ille qui comedit ex isto
fructu est quantum ad nutrimentum dure
digestionis et nutrit corpus nutritione
cum nutrimento forti. ¶ Et qui comedit
aut bibit cum semine cucumeris et cum
rob provocat urinam et confert ardori
renum et vesice et qui bibit cum succo
portulace sedat mordicationem stomachi et reddit
debilibus fortitudinem et confert destructioni
humiditatis. ¶ Et qui accipit ex fructu pini
sicut recens est et terit et coquit
cum rob et accipiuntur de eius decoctione
3 iiii singulis diebus confert tussi antique
et ulceribus pulmonis. ¶ Et minor
ex ea nominatur calidaris et sapor eius
est stipticus acutus amarus. ¶ Et
virtus eius prima est calida et secunda que est in eo
est abstersio quia tertia virtus quod confert
sputo a pectore et pulmone. ¶ Et cum

lidaris est fructus in arbusto et dicitur arz
et est in camerulis et virtus eius est
stiptica cum caliditate parva confert
tussi et dolori pectoris quando sumitur solus
aut cum melle. ¶ Abenmesuay ma-
gne ex pineis sunt ca i. n. quod fit in ipso(?)
que qui bibitur cum rob mundificat
humores grossos viscosos qui sunt in
renibus et vesica et confert saniei corporis(?)
et lapidi quia comedat eas calefactus
cum zuccaro et infrigidatus cum melle
postquam infuse sunt in aqua calida.
¶ Et minoris parvitas est qui mundi-
ficat humiditates renum et vesice. ¶ Cor-
tex et folia pini. Et cortex pini mino-
ris que est nominata Calidaris habet in se
virtutem stipticam qua curat tenasmon
quando apponitur sicut emplastrum quia non est
medicamen aliquod melius in hoc. Et qui
bibit stringit ventrem et est conferens
combustioni aque bullientis. ¶ Et sic
cortex illius speciei que dicitur Cochia
et est masculus est similis ei in virtute
nisi quia virtus eius est debilior virtute
illius. ¶ Et folia istarum ambarum arborum
que sunt magis humida cortice ipsarum
sunt ipse virtute que incarnat percussio-
nes et vulnerationes. ¶ Et pini magne
virtus foliorum et corticum est fortis et
quamvis sit similis virtuti duarum aliarum
et corticum ipsarum est tamen fortior virtute
quia ille adeo grosse non possunt facere
operationem unius illorum [illegible]
manifesta. ¶ [illegible] i. ... est mordi-
catio nomina. ¶ Et fumus pini si fumus
qui elevatur a ligno pini confert in lau-
fluxum pilorum palpebrarum et corrosioni
lacrimalis et quod pili lacrimarum ab eo. ¶ Et
cortex arboris pini minoris et cortex
Chochie et est arz omnes sunt stiptici
et confert pro tenasmon quando teritur
et pulverizantur super locum et qui de pinis
miscetur cum litargiro et pulvere olibani
confert ulceribus que apparent in
corpore et combustionibus ignis. ¶ Et qui
conficitur cum cera dissoluta cum oleo
rosaceo consolidat ulcera que sunt in corporibus
delicatis. Et qui teritur et miscetur
cum calcanto prohibet ulcera que dicuntur
formice ne augeantur in corpore quasi
fit cum eo fumigium mala et expellit

fetum et secundinam. Et qui bibit stringit ven-
trem et movet urinam. ¶ Et qui terit folia
huius arboris et fit emplastrum cum eo sedat
apostemata dolorem et prohibet ulcera humida ne
fluat sanies ab eis. Et qui terit et
coquitur in aceto et fit inde oris col-
lutio confert dolori dentium. Et qui bibit
ex eo pondus achil cum aqua aut cum
aqua et melle confert asturdinibus epatis.
¶ Et similiter facit cortex pini et folia
eius qui bibit. Et qui incidit lignum
eius minute et coquitur in aceto et
tenetur in ore confert dolori dentium et
miscetur unguentis convenientibus lassitudini
et comburitur et colligitur fumus eius et fit
inde atramentum et fit etiam cum eo collirium
quod preparat oculum. Et confert casui pal-
pebrarum et lacrimali si deo placet.

Cardamomum

Cacolla id est cardamomum.
Cardamomum minus heil et maius est
hilbane et est masculus. ¶ Ysaac
benamram: sunt due eius species maius et
minus. Et maius habet cortices et capita sicut
rosa et habet granum magis fere sicut nabech
aut maiora parum et intra ipsa sunt
granula parva angulosa boni odoris pi-
gwia pulvilenta et ipsum est melioris
odoris atque delectabilioris saporis nisi quod
minus. ¶ Et in sapore ipsius est stipticitas
et acuitas. Unum quod capitur minor est
acuitas eius minor et stipticitas eius
maior. Et cortices eius et capita sunt
stipticiora quam ipsum et virtus eius prima
est calida et sicca in primo gradu et virtus eius secunda est
virtus que resolvit et fortificat quia
virtus tertia est virtus que confortat stomachum
et iuvat digestionem et confert sincopi et
vomitui et inveniet qui bibit cum suo
cortice et sine capitibus cum mastice
et ligno aloe et cum succo mente aut cum
vino malorum citoniorum etc. ¶ Cardamo-
mum minus nominatur hilbene
et non habet capita neque cortice cuius color
est sicut color cardamomi maioris
et eius sapor est ~~debilior~~ subtilior quam
sapor maioris et virtus eius est sicut virtus illius
nisi quod propter eius subtilitatem confert plus
digestioni. Et maxime destitutioni et
humiditati gutturis et pectoris stomachi.

Cachille

Cachille id est habdanse est
aculam et est similis ursina nisi quod
est maius. Et homines quidem comedunt
illud cum ficubus sicut comedunt alia
olera. Et folium eius assimilatur folio na-
sturcii et ipsum est amplioris humiditatis quam
Cicia et magis aquosa. ¶ Abix cachille
quod oritur in sequilimijs est herba similis
herbe usnen et non est usnen et est in ea
aliqua caliditas propter suam salsedinem. Est
enim in ea salsedo similis salsedini bau-
rach. Qui terit de ea aliquid. Et ipsa
habet proprietatem lavandi aquam citrinam cum
bibitur aqua eius ab eo qui habet aquam
citrinam. ¶ Facit enim ipsam egredi et
diminuit tumorem eius et confert ei
multum et non oportet quod bulliat super ignem
quoniam amitteret virtutem suam sed detur in
potu de succo eius sine ebullitione. ¶ Et
quantitas que datur de ipsa est ab una libra
usque ad duas partes libre cum ℥ x zuccari
al' et rubei forti rubedine quod est quod
rubeum cum leblebs et cum fumo terre
et cum cachille est fortioris virtutis
quam album. ¶ Ysaac benamram est herba
similis Cusaite in operatione sua etc.
calida et sicca. Cuius proprietas est quod aufert cru-
tuaciones corruptas. ¶ Et aqua eius
purgat citrinam et confert tumoribus ven-
tris et debilitati epatis etc. convenit multo
et habet operationem in stomacho propter viscositatem pan-
cium que est in ea. ¶ Albenmesuay proprietas
eius est lavare aquam citrinam subito.
¶ Et dosis eius est aqua tria parte libre usque
ad duas partes eius absque quod bulliat.
¶ Rasis purgat aquam citrinam et pro-
vocat urinam.

Bombax

61 Coton id est bombax abo amfil
dixerunt cum quidam medici de
Kelbe quod coton nascitur inter
eos in arboribus que sunt sicut arbores an-
tiquorum et durat annis xx. ¶ Et
dixit quod melius ex eo est novum et quod
est plantatum anno suo. ¶ Albenme-
suay. Succus foliorum eius confert fluxui
ventris qui accidit infantibus. ¶ Et sepa
semine toti confert tussi et est bonum
pectori. ¶ Albasari bombax est calidus et
humidus aptum indumentis et est multum ca-
lidum cum est recens quam infrigidatur et oleum
seminis eius confert lentiginibus faciei et
pustulis calidis que fiunt in facie. ¶ Rasis
semen bombacis mollificat et calefacit

et augmentum efficat in spermate et confert tussi. Decoctio foliorum eius confert fluxui menstruorum. **Milium solis**

62 Kulb id est milium solis. Dicit alistos est herba cuius folium assimilatur foliis olive nisi quod sunt maiora eis et molliora et latiora et que sunt eis inferiora declinant versus terram faciem velut sternit super terram et habet virgas elevatas subtiles sicut sunt nati ligna dura et in summitate virge est simile ramulo diviso in duas partes in quo sunt folia minuta. Et est in quolibet folio est semen album durum sicut lapis ferre rotundum in magnitudine orobi. Et primi nascuntur in locis altis et asperis. Et in translatione batarich listos est semen quod assimilatur lapidi et est kulb milium solis et est semen herbe que dicitur astochos et si bibitur frangit lapidem et provocat urinam. Et virtus seminis eius est quod quando potatur cum vino. Et aulhi quando de semine eius bibuntur 3 in tanto cum vino albo confert lapidi renum. Et abenmesuai et albapiri abulb defertur ab India et assimilatur seminibus lini nisi quod est maius eo et passer ascendit super eum prius et est mirabile in provocatione urine et et frangit lapidem in renibus et vesica. Confirmatio testimonii mei est rasis qui dixit quod provocat urinam et frangit lapidem. Et abenbuler nascitur inter nos in montibus soler albapari. **Kanabel**

63 Kanabel id est alkanabel assimilatur areno et ascendit super ipsum glaucedo et est in eo stipticitas fortis et expellit ascarides. Et alindasi alkanabel est calidum et expellit ascarides. Liber aggregatoris kanabel cadit super terram albam et non seminatur et colligitur cum stare bonino et est una de rebus que cadunt de celo. Et allimb est minera russa in qua est glaucedo et solidantur cum eo olle que franguntur. Et dicit quod repitur super terram in coraseni provincia plurimum et colligitur tunc. Et et qui bibit tritum expellit lumbricos et ascarides et laxat ventrem. **Dattili**

64 Rotab id est dattili abenmesuai meliores ex eis sunt rotab zurtarum et hahariad et harion. Et habeamsi harion est species dattilorum et color eius est citrinus et rubeus. Et ybaye harion est melior speciebus rotab et pecos sunt glauci et non nigri. Et rotab calefaciunt et generant sanguinem grossum et generantur cito ad eum et est malum illis quorum complexio est calida et epar calidum et cui cito advenit colera et squinancia et bothor et colla et opilatio in epate et splene. Et dectores ex eis sunt magni et qui sunt dulciores et non sunt gentes aliquo modo illis qui sunt calide complexionis illi autem qui non sunt calide complexionis et non sunt debilis nature si utuntur eis in pignorant ab eis. **Zizania**

65 Sceile id est zauen id est lolium. Et dicit seminis prima est quod calefacit in principio primi gradus et siccat in fine secundi. Dicit cosd de eo nascitur in tritico habet virtute que evellit ulcera fraudulenta quando admiscetur cum cortice rafani et sale et fit emplastrum. Et et quando miscetur cum sulphure et aceto curat in petigine mala et ulcera. Et quando miscetur cum stercore columbino et vino resolvit apostema quod vocatur in passione matrice et quando coquitur cum mellicrato et fit inde emplastrum confert sciatice et fit fumigatio cum eo cum samich et mirra et croco et olibano. Et abenmesuai et confert in pugnatione. Et abenmesuai et proprietas eius est quod opilat epar et aperit scrophulas quando comeditur aut bibitur. **Fumus terre**

66 Stecerrig id est fumus terre. Dicit herba est pluris posimace agresti nisi quod magis est minuta et amarior et habet radicem cuius color vergit ad albedinem. Et sapor eius est amarus et stipticus et virtus eius prima est virtus calida et sicca cum stipticitate in gradu 3° et virtus eius secunda est virtus quod fortificat et mundificat. Et virtus eius tertia est virtus que confert stomaco quod est in eo stipticitatis parum et non est in eo de calefacere quantitas manifesta. Et dicit ad sapor et comeditur radix eius cruda et cocta et preparatur cum aqua et sale et tunc fortificat stomacum et provocat urinam. Et abenmesuai proprietas iuvamenti eius est ad stomacum et ad scabiem et pruritum et laxandi coleram adustam et mundificandi sanguinem et provocandi urinam et qui vult eum sumere eligat eum qui est viridior et amarior et recens

dosis eius quod decoquitur est a ʒ v
usque ad x. Et caudi a ʒ iii usque ad vii
cum tandem mirabili tamen. Et qui vult
sumere de succo eius non decoquat
sumere quod dosis succi eius est ab ʒ iiii
usque ad viii cum iii ʒ mirabili tamen usque
ad vii. Albus fumus terre est herba in qua
est amaritudo et confert colere et pur-
gat coleram citrinam et confert scabiei et
vel melior quod bibitur cum sine ebulicio-
ne cum ʒ x zuccari albi. Et si desiccat-
ur et pulverizatur in decoctione mirabiliter pur-
gat eam fortius quam quantitas pocionis
pulveris eius est a ii ponderibus usque ad
lib. s. papaver rubeum

67 Xachchis almaham i papaver ru-
beum sunt eius due species scilicet domestica
et silvestre. Et domesticum quod
habet florem rubeum citrinum album et colore
lactis aut intus purpureum colorem et
folia eius sunt similia foliis coriandri
nisi quod sunt magis minuta. Et elevacio
foliorum eius est minor elevacione
foliorum coriandri quam virga eius est viridis
ipse cum et rami eius assimilantur cor-
ticibus cannarum et in summitate eius est
flos sicut flos papaveris et in medio
floris est capitellum cuius color est
niger quod radix eius est in magnitudine
olive aut maior et est velut nodo-
sa brevis. Set silvestre est maius
domestico habens folia lucida et lon-
giora et duriora quam domesticum quod
folia eius sunt aut nigra aut citrina
et flos eius est rubeus quod sunt ei ra-
dices plures et tenues. Et quidam sunt
qui non faciunt differenciam inter papaver
rubeum et herbam que dicitur aragamo-
nium. Et papaver silvestre quod di-
citur capus et est malogranatum tum ipsis eo quod
floris eius color est similis ei in rubore.
Et erravit aliqui putantes quod flos
aragamonium sit granatum sed in hac est
error. Nam flos aragamonium est species
papaveris quod dicitur capus et quod est minus rubeum
quam papaveris rubei. Item apices floris
eius est sicut apices papaveris rubei et
ex aragamonio extrahitur lac eius habens
colorem et acuti saporis. Lac eius vero
speciei que dicitur capus est magis vergens
ad albedinem quam lac eius aragamonium
et est coagulatum quod flos eius

ipsius habet in medio capitis filo capiti
papaveris nisi quod superior pars capitis
aragamonium tendit in altum quod superior
pars eius quod dicitur capus tendit ad cur-
vitatem. Papaver vero rubeum non habet
rubeum lacinum et non habet capitellum
papaveris nisi quod in eo est res similis
summitatibus sparagi. Et papaveris ru-
bei prima que calefacit et desiccat
et virtus sua est virtus acutia et apertia
et virtus eius est virtus que attrahit
flegma quando masticatur et succus eius mundi-
ficat cerebrum quando fit caputpurgium
cum eo. Et papaver rubeum mundificat
ulcera sordida et curat ceci[ta]tudinem
cum qua elevatur cutis et provocat cu-
m suppositum et provocat lac. Et
papaveris ambe species sunt ea virtutis
et id quod trahitur radix eius et exprimitur
succus et fit caputpurgium cum eo
mundificat caput quod qui masticatur
eradicat flegma. Et qui coquitur cum vino
et fit inde emplastrum curat asperitatem ca-
ruli et sordidam et evellit vestigia
oculi que sunt in oculo propter incarnacionem
alicuius ulceris. Et qui coquitur
folia eius et cum summitatibus eius et
cum palea ordei et comeduntur provo-
cat urinam quod qui supponitur provocat cu-
et qui fit emplastrum cum eis eradicat
scabiem ulcerosam. Abenmesuay est
ca. et sic. in ii gradu. et qui miscetur al-
cortice nucis tingit capillos
in colore nigro forti ingredientibus
et eradicat impetiginem et qui desiccatur
incarnat ulcera Scorabium

68 Scorabium i. ysaac
Sbenaram est cum carminem
et est primum Abenmesuay
est ca. et sic. confert calefacit quando
irroratur super ipsum aqua frigida
aut aqua rosacea et quidam dicunt quod est
frigidum eo quod non nocet habentibus sic.
Ysaac benaram est ca. in primo gradu
sic. in ii. Semen eius stringit ventrem
qui fluit propter caliditatem qui bibitur
ex eo cum aqua fria cum
succo ciceorum et ipsum conforta
membra Lupinus

69 Tarmus i. lupinus sunt ex
lupinis quidam qui dicuntur
regales et quidam sunt domestici
qui domestici comeduntur post
eorum elixacionem et infusionem

in aqua pluribus diebus donec recedat ab eis amaritudo et minuant humores grassos. Sed secundum medicinam lupini qui secundum modum separati sunt magis glutinativa. Sed lupinus secundum suam naturam habet amarum saporem. Et virtus eius prima est virtus que desiccat sine mordicatione. Quia secunda est virtus que abstergit et resolvit et mundificat et aperit. Tertia etiam virtus est que occidit lumbricos quando fit ex eis emplastrum extrinsecus. Quia quando comeditur cum melle aut bibitur cum vino admixta aqua et farina lupinorum resolvit sine mordicatione et curat livores et apostemata et scrophulas quando coquitur cum aceto et melle aut cum aceto et aqua secundum quod eum infirmum et grossitiem humoris. Et quando fit cum eis emplastrum sciatice confert. Et aqua in qua decoquitur desiccat cum abstersione et resolutione et desiccatione sine mordicatione et interficit lumbricos. Et quando apponitur extrinsecus impetigini et ulceribus capitis confert et bothor et scabiei et ulceribus fraudulentis et quando bibitur cum ruta et pipere mundificat et aperit opilationes epatis et splenis et provocat menstrua et fit nasale ex eis cum melle et mirra et expellit fetum et farina eius facit hoc.

Lupinus silvestris. Sed silvestris lupinus est magis amarus et virtus eius est fortior sicut virtus huius quod h. quia est fortior. Et lupini regalis farina quando miscetur cum melle et bibitur cum aceto et occidit lumbricos. Et quando infunditur in aqua et comeditur ad sui amaritudinem facit hoc et similiter facit decoctio eius quando bibitur cum ruta et pipere et confert spleneticis et confert quando ponitur super apostema quod dicitur ancia et adulta fraudulenta et confert scabiei in principio suo et maculis que apparent in cute et bothor et ulceribus capitis humidis et miscetur cum mirra et melle et fit inde nasale et provocat menstrua et expellit fetum. Farina vero lupinorum mundificat scabiem et delet cicatrices que fiunt a percussionibus quando ipsa miscetur cum simila et aqua sedat apostemata calida et quando miscetur cum aceto et fit emplastrum cum eo et resolvit scrophulas et eradicat ignem persicum. Et quando lupini coquuntur cum aqua pluviali donec dissolvuntur decoctione aqua illa mundificat scabiem. Et quando coquitur cum radice cameleontis nigre et abluuntur cum decoctione illa tepida pecudes habentes scabiem curat eas. Et radix herbe lupini quando coquitur cum aqua et bibitur provocat urinam. Et lupinus cuius amaritudo recessit cum maceratione quando teritur et bibitur cum aceto sedat nauseam et curat fastidium cibi. Est et alia species lupini qui assimilatur domesticis lupinis nisi quod est minor eis qui quandoque iuvat in omnibus in quibus iuvat lupinus domesticus. Candarusu

10 Candaros id est candarusu. Et est [illegible] bonis sicut [illegible] et sua viscositate est maior ab inviscati eo. Secundum viam medicine virtus eius prima est sicut virtus etiam nisi quod est maioris viscositatis eo quod virtus eius secunda est virtus glutinativa et incarnativa et maturativa et est quod inde ad omnia que desiccat desiccatione forti sicut sunt aqua marina et aqua salis et acetum. D. est species que coquitur duo genera et est plus nutritiva quam rizi et magis constrictiva ventris et melius secundum quod ipsum coquitur cum aceto et melle et fit linitio cum eo eradicat scabiem ulcerosam et eradicat ungues scissas et curat fistulas que sunt in lacrimali quando ad inserit in profundo carnis. Et fit ex decoctione eius clistere iuvat in ulceribus intestinorum malis. Et sunt eius due species in una eius invenitur unum granum et in alia duo grana et quod ipsarum est in camerula et est magis nutritiva quam ordeum boni saporis et panis qui fit ex frumento. Mala visci

11 Thicum hosazaven id est malva viscus. D. est species molochie agrestis et habet folia rotunda sicut folia herbe que dicitur cithamini et flos eius est similis rose et habet stipitem longitudinis unius brachii et habet radicem viscosam cuius color intus est albus et ex molochia est alia species que habet folia scissa simila folio herbe que dicitur pbetanus et habet iii ramos

aut iiii super quos est cortex similis
cortici canabi et flos est purpureus et
radices albe late vi aut viii. Et lon-
gitudo eius est circa longitudinem bra-
chii unius. Et radix malvavisci
habet in se virtutem stipticam et totius herbe
volo dicere radices ramorum foliorum
florum. Et secunda virtus eius prima est virtus que
desiccat. Verum radix et semen sunt magis
desiccativa et plus subtiliativa. Et virtus
eius secunda est virtus que abstergit et maturat
et stringit quia radix quidem et semen sunt
magis abstersiva, quia virtus tertia est virtus
que perficit apostemata et sedat dolorem et ma-
turat exituras duras et re. Et radix
quidem eius et semen quia in eis est virtus
abstersiva curat morpheam et semen eius
frangit lapidem renum quia aqua in qua
decoquitur radix eius propter stipticitatem
que est in ea confert ulceribus intestinorum
et fluxui ventris et sputo sanguinis.
Et quando herba coquitur in vino
quod dicitur mellicratum aut cum vino
et quando teritur sola et non decoquitur confert
exituris et apostematibus que apparent post
aures et scrophulis quia confert
apostematibus calidis mamillarum et apostemati-
bus calidis similiter et tensioni nervorum
quia resolvit et maturat et aperit apostemata
quando coquitur sicut diximus cum melli-
crato et cum vino. Et teritur cum sepo
anatis et glutino albotin et fiunt in
nascalia conferunt apostematibus calidis matricis
et constrictionibus matricis quia decoctio
eius facit similiter quia mundificat super-
fluitates partus. Et radix eius quando
coquitur et bibitur cum vino confert
stranguirie et lapidi et superfluitatibus
crudis duris et sciatice et ulceribus
intestinorum et tumoribus et quassationibus
nervorum. Et quando coquitur cum aceto et
fit cum eo collutio oris sedat dolorem
dentium. Et semen eius recens et
siccum quando teritur et coquitur cum aceto
et fit cum eo linitio in sole eradicat
morpheam et quando miscetur cum oleo et
aceto et ponitur super locum confert
morsibus venenosis et confert ulceribus
intestinorum et sputo sanguinis et fluxui
ventris. Et quando decoctio eius bibitur
cum aceto mixto cum aqua et vino
confert puncturis scorpionum quia sit emplastrum
cum foliis eius mixto parum olei mor-
sibus venenatis et confert combustionibus
ignis quia quando teritur radix eius et
miscetur cum aqua et vino et ponitur
congelat aquam. Malachia. Sed
species molochie agrestis dicitur in ea
sed quia resolutio eius est amplior
quam resolutio malve agrestis et
domestice. Et quando bibitur radix
eius cum vino aut cum aqua curat
ulcera intestinorum et quassationes
nervorum. Nesarugie gummi mal-
vavisci est frigida sedat sitim et
lenit ventrem.

Eupatorium

Gasic id est eupatorium. Et est herba
que nascitur omni anno et est
apta ad ignem accendendum
sicut sarmenta et habet virgam rectam
subtilem nigram duram asperam habentem
in summitate pilos. Et longitudo
eius est fere unius brachii et plus
et habet folia divisa ad invicem circa hastam
et sunt scissa scissionibus v aut vi et
sunt in summitate incisa sicut serra et sunt
folia eius similia foliis pentafilon
aut folia zedenegi id est canabis et
color eorum est tendens ad nigredinem
quia in hasta eius a medio supra est
semen et super ipsum pili et est declinans
ad inferiora pendens in herba ipsa. Et
substantia eius est subtilis et sapor eius est
stipticus et virtus eius prima est virtus
que calefacit et desiccat et virtus secunda est
virtus que abscindit et abstergit absque
eo quod inducat aliquam calefactionem mani-
festam quia virtus eius tertia est virtus
que aperit opilationes que sunt in epate
et fortificat epar. Et folia huius herbe
quando teruntur et miscentur cum axungia porci
veteris et ponuntur super ulcera quorum
consolidatio est difficilis curat ea quia quando
hec herba aut semen eius bibitur cum vino
confert ulceribus antiquis intestinorum
et morsibus venenatis. Et sunt multi
qui dicunt quod herba sit argamonium
et errant quia argimonium est alia ab
ea quia nos quidem iam monstravimus
de esse eius in eo quod diximus. Et in
Gradaci thesauri proprietatis eius est quod con-
fert epati infirmato. Capitulum ...

per experienciam quod absinthium est magis
conveniens in iuvamento epatis quam eu-
patorium. Mesue: est bonum secundum anti-
quos. Agaricum
13 Agaricum vel agaricus. D. est similis
radici amidane vel arbaris a se
sed est minus durum quam ipsa et
magis spongiosum. Et putant quidam
quod sit radix alicuius herbe. Et quidam
dicunt quod generatur ex putrefactione ar-
borum que corrumpuntur vel corroduntur
sicut generantur fungi. Et iam reperitur
super arbores sicut scribunt non quod est facile
frangibilis et debilis fortitudinis
et est radix spongiosa mollis substantie
et est duarum specierum scilicet mas et femina
sed femina habet in se gradatim sic tunicas
masculus vero non habet tunicas sed est tota
eius substantia continua et femina eius est
maior. Et aut est radix arborum
aut est planta que nascitur super aliquas
arbores et est substantie subtilis in sua com-
positione. Et substantia eius est composita ex
substantia aerea et terrea quam subtiliavit ca-
lor et non est ideo aliquid aquositatis
omnino et in sapore eius est dulcedo
que primo obviat gustui ultimo vero
apparet amaritudo. Et apparet ideo
aliquantulum acuitatis cum stipticitate.
Et virtus eius prima est virtus que
calefacit et desiccat et secunda que incidit
et resolvit res grossas. Et tertia est
virtus que aperit opilationes que sunt
in epate et in renibus et curat ycteritiam
que accidit ab opilatione epatis et
confert epilentie et curat rigores febrium
que contingunt ab humoribus grossis
et confert morsui tyri aut alicuius
alterius animalis venenosi cum appo-
nitur extrinsecus loco emplastri. Et cum bibitur
de eo quantitas aurei vel cum vino mix-
ta aqua est medicina lavativa. D. Aga-
ricus est stipticum sedativum, confert
punctionibus et tortionibus viscerum et
et renibus et illi qui cecidit quando dantur
de eo duo onoplect cum vino dicto
onomelle illi qui non habet febrem et cum
mellicrato illi qui habet febrem. Et qui bi-
bit de eo pondus ʒ i confert dolori
epatis et asmati et singultui et dolori
renum et yschiadis et dolori matricis cum
suffocatione et destructione coloris
corporis et datur in potu ulceribus
pulmonis cum vino et datur in apoplexie

splenis cum scinziberi. Et qui masticat
solum et transglutit et bibit aliquis
potus humidus post eum confert dolori
stomachi et eructuationibus acetosis. Et
qui bibunt ex eo iii onolosset cum
aqua abscindit sputum sanguinis a
pectore et ab inferiore pectoris. Et qui
sumit de eo pondus iii onolosset
cum scinziberi confert sciatice et dolori
iuncturarum et epilentie et puero cum. Et qui
bibit de eo quantum drachme confert vento-
sitatibus matricis. Et qui bibitur ante
accessionem febris aufert rigorem et si
sumitur in potu de eo ʒ i vel ii cum
mellicrato laxat ventrem. Et sumitur
ex eo in potu ʒ i cum vino aqua
mixto contra morsus mortiferos et bibitur
de eo iii onolosset cum vino et confert
iuvamento magno morsibus venenatis
et universaliter confert omnibus doloribus
qui sunt in interioribus corporis et datur
in potu aliquibus cum aqua aliquibus
cum vino et aliquibus cum scinziberi et
quibusdam cum mellicrato secundum diversitatem
egritudinum et virtutum et etatum vel etatum.
Bedigoras et Albumasar: eius proprietas
est purgare flegma grossum et uliam.
Paulus: purgat humores nocivos
et maxime cerebri. Rasis: convenit
utilius omnibus quod purgat humores
nocivos. Humanius in libro tyriace:
expellit humores a nervis et a cerebro
cum proprietate mirabili que est in eo.
Abenmesuai: de proprietate eius est
laxare ventrem et est contrarium venenis.
Et proprium eius est quod eligatur interius
eius et purgetur vel teratur et ponatur
in decoctione quia eligitur illud quod
in decoctione est femina et proprie albus interius quod
est femina et proprie albus facile. Et dosis eius
fricatur pulverizatur facile. Et dosis eius
est a ʒ i usque ad ii. Habyz: aga-
ricus purgat coleram et flegma simul et for-
tificat membra magna que mortifi-
cat et facit ea pervenire ad
corporis et est contrarium medicinis mor-
tiferis quando bibitur aut miscetur cum aliquibus
de medicinis. Mesue. cap. 2 hu. pri. g.
14 Lunzenden vel lux kenden
et dicitur unus
kenden et dicitur etiam unus henden
et dicitur adeps terre quod dicitur inzar
zam est tuber cum quo fit vinum cum
melle. Ysaac Benamram ienzhen
est rubea generata sicut alia alba cum

color trahit ad glaucedinem affert. Et
bracha et decoraseon et est illud cum
quo vinificatur mel et nominatur tuber
salon. Benhabasen inquit Kenden in
Epistola est tuba mellis que vinificat
mel ipsum affert et berine et facit vomere.
Paulus credo est sic et habet virtutem
que infrigidat partes et desiccat et curat im-
petiginem et extinguit calorem et abscindit
fluxum sanguinis. Liber de calfameth
hoc in barbaria vel gari nomine dicitur
nos columbarum. Et in damasco inquit
nos calubarum. De ea i kinge
kendra qui proicitur. De ea i lunge
i p lb mellis et i lb i minus tria aque
calide et agitatur bene et cooperitur vase
et sit vinum statim et barbari vocant eo
. Albanus i. impinguat et auget sperma. Ne
sarugie. Nos kenden propter suam debilitatem
auget sperma et impinguat corpus et est in
ea aliqua caliditas. Acaban est in
ea caliditas et delectatio excitat libidinem
et impinguat corpus quia cum vtitur ea
ad removendum stuporem denaui. Rasis
in libro aggregato. Nos kenden est calidum et humidum
et auget sperma et impinguat corpus et
prohibet appetitum luti. Ysaac bena
ram. Nos kenden est calidum et humidum auget
sperma corroborat libidinem et impinguat

15 Oemps i. Cicer. corpus. **Cicer**
Gr. Cicer sunt alba et nigra et est
alia species que dicitur kersenne et
alba et assimilatur orobo et nigra
nominantur tubes. Sed alba inflant et in-
tumescunt et molliunt ventrem et in sapore
eorum est amaritudo. Et virtus eorum prima
est virtus calida cum humiditate pauca et secunda que
attrahit et abstergit et tertia que provocat urinam
et menstrua et augmentum facit in spermate et
lacte. Et kersenne virtus est eadem
volo dicere quod in sapore eius est amaritu-
do quia virtus eius prima est virtus calida cum
humiditate pauca et secunda est virtus que
resolvit et aperit et mundificat. Tertia est virtus
que mundificat et aperit opilationes epatis
et renum et abstergit scabiem et impetiginem
et resolvit apostema quod fit post aures
et apostemata testiculorum cum sunt dura et curat
scripturas malas cum administratur cum mel-
le. Sed agrestia. Sed folia Cicerum
agrestium sunt similia foliis domesticorum
verumtamen corpora diversa sunt ab illis et
sunt calida. Et conferunt ad ea ad que

conferunt domestica. Sapor eorum est
amarior et virtus eorum est calidior et
siccior et sunt fortiora domesticis in omnibus.
Domesticum mollit ventrem et pro-
vocat urinam et menstrua et iuvat partum
et generat lac sed ipsum est inflativum. Et
species alia cicerum que dicitur cicula ipse
cum coquitur in aqua et fit inde emplastrum
apostematibus testiculorum cum melle et apostematibus
humidis que sunt in capite et ranis et
scabiei et ulceribus fraudulentis confert.
Et alia species que dicitur perdicis et aliud
cicera cum decocto eorum cum herba
que dicitur solbotis curat ycteriam et ydro-
pisim quia expellit humiditates cum
urina. Et cicer sunt inimica vesice et
renibus ulceratis quia sunt quidam qui expel-
lunt clavones i. verrucas que nominantur
mirmicias et abluit et porros et huius
modum quod est ut accipias singula cicera
pro singulis clavellonibus et tangas
unumquemque clavellonem seu verrucam
cum cicere uno et hoc kalendis mensium.
Deinde ligentur cicera illa in pecia et
proiciantur post tergum. Achabari
Si cicer infundantur per noctem in aceto
postea comedantur in ieiunio et iennet
qui comedit usque in medium interficiet
lumbricos. Et dixit quod cicer laxat
ventrem et provocat urinam et confert
dolori lumborum et stupori quia cum fit
emplastrum cum eis confert cancro. Et cum
comeduntur infusa in aqua cruda
faciunt crepitum multum. Mesarugie
nocent pulmoni plus cum ve. Et
id cum hoc ulcera coquatur farina
eorum cum lacte et bibatur. **Faceoli**

16 Lubia i. faseoli D. habent folia
similia plante que dicitur cussy
ubi quia sunt molliora et rami-
li eius sunt subtiliores et sunt filie
adherentes herbis quibus approximat
et elongatur multum donec sit umbra-
culum super eis et vaginas et flores vaginis
fenugreci nisi quia sunt longiores eis
et pinguiores et intus videtur quasi
varie diverse colores quia quedam tenunt
ad albedinem quedam ad ruborem. Et
comeditur hic fructus cum virides sunt
comeduntur et frangi et provocant urinam et
faciunt sompnia multa. Damasci
est calidum et humidum in primo gradu generat multam
ventositatem et provocat menstrua. Dr. maspos

inflant. Abenmesuai. fasoli sunt
ca. z hu. in 2o g. z signum sue humitatis
est qr inflant cito z gignunt humores
flaticos grossos z sunt mali sed qr
ru sunt grossiores. Et qui simmuc z
cum sinapi z comedunt sinapis
prohibet maliciam eorum. Et albi qui
sunt humitate minores z sunt graues
digestioni z iuuat digestionem eorum comede
eos calidos cum aliquo oleo z cimino
qr non comedunt tarde eorum meliores
sed z recentes ex eis debent comedi
cum sale z pipere z origano ad adiuua
dum super eorum digestionem. Et bibatur
post eos vinum purum grossum quia
spati cum aceto sunt parum odore
z sunt difficilis digestionis propter spatii
aceti. Et de appetitu eorum et prouocat
m. z inapinnegini sunt cum ex eis z
ipsi sunt boni pectori z pulmoni
et faciunt sompnia mala. Amigdala
auz. i amigdala. sunt ex eis
dulces z amare. Et e in eis
L amaritudo parum sed qr viat
dulcedo fit amaritudo earum occulta
que non apparet propter virtutem qui vetera-
sunt apparet manifesta quia virtus
earum prima est temperata cum caliditate
Et arbor amigdali dulcium e debilior
operationis sed quia arbor amararum
et amare sunt subtiliatiue z prouoca-
tiue vrine. Et qui amigdale co-
medunt cum cortice suo recentes
conferunt humiditati sue stomachi. Carthi-
genes z sendizar sunt ca. z hu-
in 1o g. Abenmesuai qui dulces
comedunt cum cortice suo stringunt
gingiuas z sedant quod accidit in ore
propter suam ponticitatem z acetositatem
et qui comedunt cum zuccaro descen-
dunt cito a stomacho. Et qui siccae torre-
fiunt sunt conuenientiores stomacho. Sen-
dazar auget sperma z sitim et
auellane z fistici z qui comedunt
conferunt dolori oris. Albugerich
gummi amigdali administratum sicut gummi
arabicum z prunorum. Et amare
B. sed earum est subtilis z virtus earum
prima ca. et virtus 2a que abstergunt
et aperiunt z virtus 3a e quia abstergunt
lentigines z iuuat ad expectorandum
humores grossos z viscosos a pecto-
re z pulmone z aperiunt oppilationes
que sunt in epate ex humoribus grossis
viscosis z aperiunt apertione mirabili
et curant dolorem qui fit sub costis et
in splene z in renibus z silices corum
quia virtus totius arboris est sicut
ista virtus z id accipitur de radice
huius arbor. z coquitur z ponitur super
lentigines z aufferet eas. Et amig-
dale amare radices qui decocte z con-
quite mundificant maculas faciei et
similiter amigdali qui fit emplastrum cum
eis cum facuit qr qui fit nascale cum
eis prouocat m. z misceatur cum eis
acetum z oleum ro. z fit emplastrum in
fronte z confert soda z qui misceatur
cum vino conferunt syrie z miscetur
cum vino z conferunt vlceribus fraudu-
lentis z formice z morsui canis
et qui comedunt sedat dolorem z mol-
lunt ventrem z prouocat sompnium
z vrinam. Et administrantur cum
amilo z menta z conferunt humiditatibus dolorem
renum z asperitati pulmonis quia qui
administrat cum rob curat strangui-
riam z frangunt lapidem z qui comedit
de eis quintum est impossibile vna cum melle
z lacte conferunt dolori epatis z tussi
et inflationi intestini nociua colon
Et qui comedunt v amigdalas in
ieiunio vel in ieiunio sed prohibent
ebrietatem. Et qui vulpes comedit
amigdalas amaras cum aliquo cibo
moriuntur. Gummi amigdali. Gummi
vero arboris amigdali est stipticum z
calidum qui bibit confert sputo sanguinis
qr qui miscetur cum aceto z linitur
inde impetigo que est in cute curat
eam. Et qui bibit cum vino mixto
cum aqua confert tussi antique. Et
qui bibit cum rob confert habenti lapidem
Oleum amigdali. Oleum amigdali amarorum
confert dolori matricis z suffocationi
eius z surditati z pulsationi aurium
et tinnitui earum z sibilo z confert
egritudinibus renum z stranguirie z lapidi
z duritiei splenis z aufferet maculas
faciei z lentigines qui miscetur cum
melle z liquiritia z cera soluta
cum oleo de alcana aut cum oleo ro.
z confert obscuritati visus z mundificat
furfures capitis. Abenmesuai.
amigdali amare sunt ca. z sic. in 3o g.

78 Lisen alchaur **lingua bovis**
i. lingua bovis. Et est planta que
assimilatur herbe que dicitur Caro-
nas et habet folia densa aspera et
nigra nigriora quam Caronas albi
et assimilatur in figura sua lingue bo-
vis. Et virtus eius prima est virtus
que calefacit et humectat et virtus
secunda est que confert tussientibus ex a-
speritate canne pulmonis et tertia que
letificat quando ipsa coquitur cum mellicrato
aut proicitur in vino inducit leticiam.
Et aliquis putat quod si proicitur in
vino facit leticiam. Alkansi est frigida
et quando folium eius comburitur confert
fluxibilitati dentium et gingivarum et ad
gutta et pustule que accidit in ore puerorum
et omnibus caliditatibus que sunt in ore.
Abenmesuai proprietas eius est purgare
et confert cardiace que fit ab ea.
Et quando aliquis velit eam sumere sumat
cum bolo armeno. Et dosis eius est
a ℥ iii usque ad v cum zuccaro et cum
℥ i boli

Musa

79 Mauz i. musa est calida in medio
primi gradus humida in fine eius inter-
parum et proprietas eius est conferre
ardori qui est in pectore et pulmone
et vesica et mollit ventrem. Et qui
eo utitur multum facit gravedinem
in stomacho et opilationem in epate. Et oportet quod
ipse qui eo utitur multum si stomachus eius
est frigidus ut bibat post ipsum mellicratum
aut oximel aut zinziber conditum.
Et Ganzafar auget fetidum in ventre.
Machaleben est bona medicina pectori
et renibus et provocat urinam. Et lib.
de medicina antiqua excitat libidinem et
est contraria stomacho. **Molochia et aeplex**

80 Molochia alhacharech nominatur
aeplex marinum et venditur
in babilonia in fasciculis. Et
clamant portantes eam vendo molo-
chia. Et que ex hac plurima nascitur
in campis assimilatur ar·mis i. an-
segi nisi quia habet plures spinas
et folia eius sunt similia foliis
olivarum nisi quod sunt latiora et nascitur
in ripa maris. Et sapor eius est
amarus salsus cum pauca stipticitate
et ex hoc patet quod partes eius sunt

dissimiles et substantia eius que est ca-
liditate cum pauca humiditate indigesta(?)
habet inflationem paucam et generat
in utente eo sperma et similitudines
eius comeduntur recentes et
conficiuntur et resiccantur. Et coquitur
folium eius et comeditur et qui bibit
de radice eius ℥ ii cum mellicrato
confert concussioni et concussioni(?)
renum et sedat dolorem et provocat lac.

Semsem i. **Zisamus**

81 Sisamus et est ex eo de substantia
unctuosa quantitatis non pauca.
mollit duriciem matricis per no[dum]. ay.
¶ Oz oculi eius .s. quod est apatarnu
ut atorizatu / virtus sua est que
resolvit sine mordicatione z mol
lificatur atque z mollificat / virtus
eius tertia est virtus que confert du
riciei matricis ¶ Oz foliorum / est
virtus prima que desiccat temperate
z virtus secunda que incarnat z abstergit
abstersione debili . debiliore .s. ab
stersione radicis ¶ Et virtus tertia est
virtus que cum componitur super combus
tionem ignis z super quasque ulcus / facit
in carnationem ulceratorum corporum ¶ Et si
qui infundunt folia eius in aceto
z ungunt eis ad incarnationem vulnerum
¶ Et contunditur folia huius lilii z expri
mitur succus eorum z coquitur in aceto
z melle / ita quod ex succo sicut qu
inque plus quam acetum z mel z est
medicina conveniens ad omne quod eget ex
siccatione sine mordicatione / sic
sunt vulnera magna z specialiter ~~que dif~~
~~ficilis incarnationis~~ sunt in capitibus
musculorum z adulcera omnia que dif
ficilis in carnationibus ¶ Oz radicis
eius / est virtus prima que desiccat
cum temperamento / z secunda est virtus que ab
stergit z resolvit cum temperamento similiter
que virtus eius / tertia est virtus que
confert combustioni ignis z aque fer
ventis que assatur z teritur z ponitur super lo
cum combustionis / donec conso
lidetur z sanetur / qui iste combus
tiones egent medicina que desiccat

z abstergat cum temperamento ¶ Et prop
ter hoc est medicina bona lau
dabilis ad incarnandum z consolidandum
omnia ulcera / z ipsa quidem mollit
duriciem matricis z per no[dum] / ay / quod quoniam
abstersio sua est pauca inclinum quia
est tamen in .q. p. oz qui volunt abstergere
cum ea impetiginem z scabiem / z
sahapha / quia admiscemus
ei medicinam cuius abstersio sit amplior
sicut mel ¶ Et qui admiscetur ei
tamen ex melle / quod sit temperate secundum ut
equalis quantitas confert vulneribus
nervorum / z ulceribus z equibus a
liis omnibus ubi necesse est desiccare
fortiter sine mordicatione ¶ D. ad
ministratur ad pruritum z fit ex floribus
eius oleum quod dicitur leden / z quidam
nominant ipsum silsinum z est oleum
de lilio z mollit nervos z duricies
matricis quod quando fit emplastrum ex foliis
huius herbe confert morsibus vene
natis ¶ Et qui coquitur z supponitur
confert combustioni ignis / quod quando ad
ministratur cum aceto confert exitibus
quia succus eius coquitur cum melle
z aceto in vase eneo / z fit medicina
conveniens ulceribus antiquis z recen
tibus exitibus ¶ Et qui radix eius
coquitur cum oleo ro[sarum] . z administratur
curat combustiones ignis z mollit
duriciem matricis z per no[dum]. ay / z in
carnat ulcera / quod quando teritur z miscetur
cum melle curat incisiones nervorum
z torsiones contusiones nervorum et
abstergit impetiginem z scabiem
ulcerosam z furfures capitis z ulcera
humida ¶ Et qui abluitur facies cu
ca mundificat ipsam z aufert rugas
eius / quod quando teritur z miscetur cum a
ceto / aut cum foliis iusquiami z farina

frumenti confert apostematibus ca. testi
culorum et matricis. Semen vero eius
bibitum contra nocumenta venenosorum et
confert, quia tunc semen et folia eius trita
multa et mixta cum vino, et fit in
emplastrum confert herisipile. Sed
asmei unum i. celeste et est yreos
D. folia eius sunt similia foliis
alimis, nisi quod sunt latiora et magis
viscosa, et habet stipitem super quem est flos
habens colores diversos et sunt albus
citrinus purpureus et celestis. Et propter
diversitatem istorum colorum nominatur
yreos i. arcus demonis s. ab iride
arcu demonis qui apparet in aere
et habet radices duras nodosas que
habent odorem bonum quando effodiuntur, sed postquam inseruntur lino et post
exsiccationem reponantur. Quod quod ex ra
dice eius est bonum est breve diffi
cilis fractionis. Cuius color paulu
lum declinat ad rubedinem et habet
odorem bonum non participantem
odorem terre / pungens linguam
et morsum tunc dantem quando teritur. Quod quando
yreos vetustatur corrumpitur et
perforatur et habet meliorem odorem.
G. fortia eius est subtilis et virtus eius
prima est virtus que calefacit / et secunda
est virtus que mundificat et maturat
/ et tertia est virtus que confert spasmis
tussis / et facit ascendere statim a
pectore / et removet torsiones ventris
ulcera sordida. Et quando bibitur
cum melle et aqua ca. laxat ventrem.
D. virtus yreos calefacit et sub
tiliat humiditates pectoris / que sunt
difficilis expectorationis. Quod quando bibitur
ex eo ʒ. viii cum mellicrato purgat
fleuma grossum et coleram et facit dormire
et provocat ~~[struck]~~ lacrimas / et removet tor
siones ventris. Quod quando bibitur cum aceto
confert morsibus venenosis et splene

et spasmo et confert rigoribus et hor
ripilationibus febris. Quod quando bibitur cum vi
no puro an. et elixatur / fitque enca
tisma mulieribus inde cum decoctione ypig(?)
confert dolori matricis et mollit duri
ciem eius et aperit orificium eius quando
constringitur. Et fit cum eo discere
et facit oriri carnem in fistulis
et in ulceribus profundis / quando fit pasta
le ex eo cum melle et pellitur fetor
et coquitur cum aqua / et fit emplastrum cu
eo apostematibus duris et scrophulis et
mollit ea et replet fistulas / quando tere
tur et spargitur in eis mundificat eas et ve
stit ossa nuda carne / quod quando fit em
plastrum cum ea capiti aceto et oleo ro.
confert soda. Quod quando administratur ei du
plum eius ex elleboro albo et fit lini
mentum cum eis confert in petigini et
mundificat cutem ab ea / quod ingreditur
in unguentis et suppositoriis que resol
vunt lassitudinem / et ultimo habet multa
iuvamenta. Bedigoras proprietas
radicis yreos est quod purgat aquam
citrinam. Rabe Mesuai: quando fit col
lirium cum farina radicis yreos au
fert ungulam oculi / quod quando fit sternu
tatorium cum succo foliorum eius
tribus diebus aufert zuchan i. corri
za et soda et emigraneam si deo pla
cuit et de proprietatibus eius est quod laxat
aquam citrinam et humiditates visco
sas et ulcera / et aperit opilationes.
Unde ipsa infert efficaciam. Quod quando
administratur cum aliis medicinis que
aperiunt opilationes et que fortificant
epar minuitur nocumentum eius quod
rectificatio eius est quod accipiatur cum
aqua et melle cocto et dosis eius
in decoctione est ab aureo ii usque ad
iii ut minus que sicce contrite ab aureo
ʒ usque ad ii cum melle trito.
D. et ex lilio est species aliqua agreste

que dicitur kimia et nominatur yris et est herba huius folia rugosa / similia foliis rughe yreos et habet florem croceum vel album amari saporis primum et semine molle et radicem in grossitudine digiti longam stipticam et boni odoris nascitur sub arboribus et in locis umbrosis

C. radix huius plante non est rotunda / sed longa huius digiti grossitudinem et odor eius est bonus / et sapor eius est stipticus quia virtus eius prima est et secunda est virtus composita ex virtute prohibitiva / et resolutiva / et tertia est virtus quod ipsa confert dolori dentium quando cum decoctione eius fit gargarisma C. Et folia eius consumunt omnibus exitus / dissolvunt in augmento sed et quod decoquitur cum rob / et fiat inde emplastrum super exitus ante maturitatem C. D. radix huius quando coquitur et fit cum decoctione eius oris collutio confert dolori dentium / et quando coquitur folia eius cum vino et fit inde emplastrum apostematibus fluxis et exitus in maturis / quorum humiditas nondum venit ad saniem resolvit ea

C. D. ex lilio est species alia que dicitur Casoras et quidam nominant eam yrim agrestem que est planta huius folia similia folia yreos nisi quia sunt latiora eius et habet summitates subtiles et habet virgam que egreditur ex medio foliorum / eius longitudo est unius brachii / et est grossa multum et habet vaginas habentes tres angulos / et super vaginam est flos coloris purpurei et in medio est rubeus et habet semen cucumeris nigrum rotundum acuti saporis C. Et habet radicem multos habentem nodos longos rubeos C. G. radix huius herbe sicca est sterilis et virtus eius prima est calida incisiva que virtus est secunda est virtus resolutiva / semen vero eius

podis eius de flore eius et de centaurea vide post

in hac eadem proprietate C. Sed fortior est in radice / virtus vero seminis / tertia est virtus que provocat urinam et curat duritiem splenis C. D. radix eius / et quando miscetur confert vulneribus que sunt in capite et fracturis eius / et quando miscetur ei tria pondera eius et mellis primum. et fit inde emplastrum sedat dolorem / et extrahit ossa fracta et omnia infixa carni ex spinis et sagittis et similibus C. Et quando fit emplastrum cum eo curat apostemata fluxa et apostemata calida C. Et quando bibitur confert attonitionibus lateris et doloribus lateris et stranguirie et sciatice et bibatur cum vino dulci quod fit cum aqua marina / quia similiter accepta vero fluxum ventris quando bibitur cum vino confert morsibus venenosis et provocat menstrua C. Sed quando bibitur ex semine eius pondus iii anolescorum provocat urinam / provocatione forti quia quando bibitur cum aceto resolvit apostemata splenis

C. D. et est alia species lilii que dicitur xifion cuius folia sunt similia foliis lilii quod dicitur yreos nisi quia sunt breviora et strictiora et habent summitates acutas / habet stipitem unius brachii longum asperum / plenum / in cuius summitate est flos duplicatus divisus abinvicem / cuius color est purpureus et habet semen rotundum et habet duas radices una quarum est posita super aliam / et sunt rotunde / sicut due cepe minores una earum est desuper et altera desubtus / et inferior est extenuata superior vero pinguis nascitur in locis cultis C. G. radix huius herbe virtus prima est que desiccat / et secunda virtus que resolvit et attrahit / et proprie superior earum C. D. quando fit emplastrum cum radice superiori / et vino et olibano atrahit acus et stipites / et similia

in fixa in carne. Et qui admiscetur
cum farina lolii et vino quod dicitur vd.
mel, et fit inde emplastrum apostematibus que
dicuntur fachacella resolvit ea, et eo
ingreditur in constitucionibus virgorum
que resolvit ista apostemata, et etiam pu
stulis. Et cum fit nastale cum
eo provocat menstrua. Et dicit quod cum bibitur
cum vino stimulat libidinem
quod cum radix in fiore bibitur absin
dit asmate et virtute guandi. Et dicit
quod radix superior cum datur in potu
infantibus habentibus rupturam in
testinalem cum aqua confert eis, quia
emplastrum factum ex ea resolvit apostemata
inguinum. G. Et ex libro agresti
est species que dicitur saphathamo et est
herba habens folia similia foliis illius
speciei que dicitur kasiflon nisi quia sunt
subtiliora eis, et magis inclinata
et longiora, et habet stipitem et ramos,
in quorum summitatibus sunt quedam que
sunt in eis rotunda sicut pille
in quibus est semen eius. G. Et virtus
huius similiter desiccat. G. Et exhibetur
radix huius herbe, et semen cum vino
contra morsus venenosos. Siseleos

184 Sisalios id est siseleos dicitur habet folia
similia foliis feniculi nisi quia sunt
longiora et grossiora, et habet hastam
longam, in cuius summitate est corona
in qua est semen longum et latum
habens angulos et est semen acuti saporis
et forti odoris et est illud quod de eo
est in usu et administratur in cibis. G.
Habet radicem longam boni odoris. G.
B. radix huius plante et semen huius
de calitate tamen quod provocat urinam pro
vocatione forti, et est cum hoc virtus
corporis subtilis, ad quod confert epi et
asmati. G. D. Virtus eius est cale
factiva scilicet radicis eius et seminis et
cum sumitur ex eis in potu provo-
cat urinam et confert eis qui artaciones habent
litus in qua oportet hominem erigi,
et asmati et suffocationi matricis
et provocat menstrua et expellit fetum et confe
runt epilenticis, et omnibus doloribus interiorum
membrorum, et cum sumitur ex aliquo
amborum vel ex ambobus scilicet in
potu cum vino et pipere preservat
et defendit hominem a frigore
aeris. G. Et propter hoc convenit itine
rantibus in hyeme, quia cum capre
et alia animalia comedunt ex
hac planta in tempore coitus corporum, con
fert eis iuvamentum ad impregnandum.
Gabemesuai dicit ea et sic in fine
et in radice et dissolvit humores
spissos viscosos et congelatos, quia
propter hoc aperit vias omnes et cana
les opilatos et provocat urinam et me
nstrua confert asmati et omnibus egritudinibus
frigidis. Rapa

186 Selien id est rapa dicitur ex ea est
agrestis et domestica. G. Et agrestis est planta habens multos
ramos vel ramulos, quorum longitu
do est unius brachii, nascitur in
locis siccis et habet summitates leves
et folia mollia, quorum latitudo est
unius pollicis, aut amplius parum,
et habet semen in vaginis et est semen
parum nigrum, quod cum frangitur est album
intus. G. Domestica vero rapa est
nota. B. Et tamen radix et semen rape
generant ventositatem inflativam
et ideo movet libidinem et auget in sper
mate. G. D. Radix eius cocta et
comesta nutrit et generat ventositatem
et incitat libidinem et auget in sperma
te. G. Et cum de cocto eius infun
ditur super podagram, et super scissuras
que sunt a frigore, confert eis, quia
cum fit emplastrum cum rapa ipsa co
cta

fiat hoc. Et qui fodit rapa v. intimus / et ponit in clauatura illa ceratalique facta cum oleo ro. et p ami. sr ca. cineres et calefac multum conferunt fissuris ulceratis que fiunt ab frigore. medicullum foliorum eius qui coquitur coctum pro. urina / semen rape ingreditur in confectionibus tyriacarum que sunt contra venena / et confert morsibus venenosis et sedat dolorem corporis / et valet potionibus venenosis qui potatur cum vino ut ydromelle et qui bibit incitat libidinem. Et qui lavatur cum aqua et sale et aceto fit inde medicamentum per quod coquitur et movet libidinem / quia semine agrestis administratur in medicinis que mundificant faciem et cutem corporis admixtum cum farina fabarum et lupinorum et orobi / ut so. Est et species alia parue rape / que quando coquitur gravidat in flaconibus / que unctura eius est minor unctura alterius speciei. Et qui bibit ex semine eius prohibet nocumentum medicinarum mortiferarum / quia ingreditur in quibusdam confectionibus electuariorum que radix eius proficit sicut de rapa diximus.

187 Sahade. i. micha. i. Ciperus

Cipri. D. habet folia similia foliis porri nisi quia sunt longiora eis et duriora habet stipitem longitudine unius brachii et plus non cum / sed est in eo tortuositas et est quadratus similis stipiti similis stipitem / in cuius summitate sunt folia parva et semine radix eius est similis oliue et quedam ex eis est longa et quedam rotunda / et est nigra nascitur in locis domesticis aquosis et in pratis et in locis paludosis. Est autem species cipri in india que est similis zinziberi in sapore suo et quando masticatur. Eius color est sicut color croci que quando fricatur super pilos corporis facit pilos statim. Melior autem ex cipero est ille / qui est plenus gravis et spissus durus difficilis frangibilis asper habens odorem bonum cum pauco acumine / et quod administratur ex cipero est radix ipsa. G. odor eius est bonus et in sapore eius est caliditas cum pauca stipticitate quia virtus eius prima est virtus que calefacit et desiccat sine morditate / et secunda est virtus que incidit / et tertia est virtus que confert ulceribus difficilis consolidationis propter nimiam eius humiditatem. Et iterum confert ulceribus oris quando administratur sicut eo bibitur et frangit lapidem et pro. urinam et menstrua.

D. virtus cipri est calida aperitiva oppilationum venarum quando bibitur et pro. urinam in habentibus lapidem et ydropicis et confert veneno scorpionis et est bonus frigoribus matricis et aperit orificium eius quando fit emplastrum cum eo et pro. urina / et frangit lapidem et provo. menstrua et confert ulceribus corrosiuis et putridis quando administratur siccus et ingreditur in unguentis calefactiuis. Damasci est bonus gingiuis. Habemesuai facit augmentum in sensu / et cupit et mundificat stomachum et meliorat colorem / quia est bonus emorroidibus et efficit odorem oris bonum / quia quando bibitur cum oleo lentisci / calefacit renes / et de proprietate eius est confert frigiditati vesice / et distillationi urine. Liber aggregatus aduerit sanguinem quare timetur / ne vitetur et fiat leprosus. Scolopendria

188 Scolapendrion. i. scolopendria. D. nominatur hoc nomine propter similitudinem eius cum quodam vermis dicti scolopendria / et eius comparatio est xiiii.

pedum habet folia multa eque directa
ab una radice et nascitur in petris
et in muris edificiorum et non habet stipite
neque florem neque semen ¶ Et
folia eius sunt sicut folia polipo-
dii et pars eius inferior est quasi ruba
et pars superior viridis ¶ G. herba eius est
subtilis ¶ Et virtus eius prima est
calida et sicca virtus que incidit et resolvit
duriciem splenis ¶ D. Qui herba
ista coquitur et bibitur xl diebus re-
solvit et extenuat splenem / Similiter
autem faciunt folia ipsa si terantur
et fiat cum eis emplastrum super splene
et que tundentur et misceantur cum vino
et confert distillacioni urine / et sin-
gultui / et ictericie et frangunt lapides
vesice qui bibuntur ¶ Et putaverunt
quidam quod ipsa prohibet impregnacionem
que suspenditur super mulierem sola
aut cum splene mule / quod dixit ille
qui narravit hoc / quod cum ipsum suspen-
di in die aliquo / in cuius nocte non
apparuit luna .:. Hermodactilus

189 Surugen id est hermodactilus. D.
est herba que florescit in fine
autumpni et est eius flos albus / si-
milis in figura sua flori croci de-
inde emittit folia similia foliis
bulbi / in quibus est humiditas ad herbam
manum / et habet stipitem in longitudine
unius palmi porrectum / cuius color
est rubeus declinans ad nigredinem
et habet radicem cuius cortex / ~~apparet radix~~
~~intimus~~ niger ad rubedinem declin-
ans / Et cum aufertur cortex / apparet ra-
dix intimus alba mollis dulcis sa-
poris / et plena humiditate / est autem
radix ipsa rotunda similis cepe bul-
bi ¶ Et radix ista habet in medio fin-
suram / ex qua egreditur stipes
super quem est flos / nascitur multum hec
herba in loco qui dicitur Carni / et in
terris que dicuntur gnagna hec radix
si comeditur occidit strangulando

sicut occidunt fungi ¶ Nos autem me-
moravimus ex illis in libro nostro / ne
errans aliquis comedat eam loco
bulbi / nam ipsa est boni saporis /
dulcis et delectabilis / quod fortassis come-
deret eam aliquis ignorans / Contingunt
autem illi qui ipsum comedit omnia que
contingunt illi qui comedit fungos ma-
los. Est autem sumendum remedium ei lac
bovinum non eget namque alio adiutorio
qui ipsum sumpserit ¶ Et dixit item D. in
capitulo de achimon / et est librum silvestre
quod hermodactilus qui dicitur achimon / est
interficiens et ita transtulit albacarith
in translacione sua in medicinis simpli-
cibus ¶ G. habet virtutem laxativam et similiter
aqua in qua bullierit et administratur
¶ Paulus. radix hermodactili / habet vir-
tutem laxativam / et similiter aqua in qua
bullierit Datur autem proprie in doloribus
iuncturarum in quibus fluxus ad eas. Vi-
num ipse malus est stomacho ¶ Bedigoras proprie-
tas eius est conferre doloribus iuncturarum
¶ Damasci conferit doloribus podagre et
est laudabilis finis operacionis eius
Usus nimius visus eius facit putrefacti-
ones et confert cum inunctus multo
que io exhibendus est maxime hu-
tibus iuncturas molles et nimis humidas
Agrotus Surugen / albus augmentum
efficit in spermate ¶ Mesarugie / al-
bus est bonus podagre / sed rubeus
occidit / et non est frigidus nimis / ita
quod narcotizet / quia si sic esset laxativus
¶ Abugerig hermodactilus est calidus in
primo gradu ¶ Abemesnai rubeus occiditur
et albus confert podagre et desiccat
ulcera antiqua et abstergit ea et est
siccus et sic. in 3o ¶ Rasis ¶ Rasis si
hermodactilus esset calidus multe caliditatis
¶ Habix est calidus et siccus in principio 3. g. et habet
proprietatem sedandi doloribus iuncturarum et po-
dagre et conferre variolis ¶ Et melior

ex eo est ille / qui est extimus et intus
albus / et qui frangitur est constric
to eius facilis et non durat / Niger
vero et rubeus sunt ambo insufficientes
¶ Et erraverunt autem qui putaverunt quod
ipse sit lagia agrestis que defertur
ab assitia / nam illa lagia impig
nat ulcera / qui bibunt eam / et humectat
corpora sicca et augmentum efficit in car
ne / et facit rubere faciem colore
bono / qui datur in potu cum sambuco
est calida caliditate forti / et mox s
anguinem et acuit eum multum / quod for
tassis inducit potanti se dolores
calidas adustivos sicut coloricos
et sanguineos / et infert nocumentum ma
gnum et egunes ~~sanguineos~~ sicut hi
spilam in capite et facie et in membris
aliis corporis .:. Mel. Mel

190 Nam. i. mel. 6. virtus eius prima
est virtus que calefacit et desic
at in 3°. et virtus eius secunda virtus que
abstergit / et quando coquitur et maturatur fit
parum acuitatis / et parum abstersionis
et ideo admiscetur adiutorinandum fistu
las et ulcera profunda ¶ Mel vero crudum
est oppositum exeuntibus diversis / sic
si componetis mel cum absinthio ¶ Et
Mel bonum est illud / quod est dulce in quo
est acuitas aliquantula in gustu / et
habet odorem bonum et color eius est ru
gens ad rubedinem / neque est nimis
liquidum et quando miscetis ut ponetis in eo
digitum adheret digito et venit cum
eo ¶ Et virtus quidem mellis abstersiva
est aperitiva orificiorum venarum resolut
humiditates et ideo quando ponitur in ulceribus
fraudulentis cum sordidis / et profun
dis contingit ei ut eis noceat ¶
Et quando coquitur et ponitur super scissuras carnis
consolidat eas / et quando coquitur cum aneto
humido / et linitur cum eo impetigo curat
eam / et quando miscetur cum sale trito / et dis
tillatur tepidum in aurem sedat tinnitum
aurium et curat dolorem eius / et quando fit li

nimentum cum eo occidit pediculos
et lendines / et quando inducitur cum eis
aliquis est breve nimis et fuit ex
lana et vult quod elongetur / quando ingre
ditur balneum / si roravit eum a
qua deinde linierit cum melle e
longatur ¶ Et mel abstergit tene
brositatem visus quando collirium cum eo
xiiij. dierum gerunt ¶ Et fit cum eo
gargarisma et confert apostematibus gutturis
et faucium et squinantie et provocat urinam
et confert tussi / et quando bibitur calidum cum
oleo ro. confert morsibus venenosis
et illi qui potaverunt opium / et quando fit
looch cum eo aut bibitur confert illi
qui comedit fungos mortiferos
et confert morsui canis rabidi ¶
Et mel cuius spuma non est ablata
facit tussim et laxat ventrem / quoniam
virtus est quod non admiscetur antequam au
feratur spuma eius / et melius
quidem mel est mel veris ¶ Deinde
mel estatis / mel vero hyemale est
malum quia est spissum grossum non
habet supradictas virtutes ¶ Et mel quod est
in Sardinia est amari saporis / et hoc ideo
quia apes illius regionis comedunt
absinthium et hoc tale est bonum quando
linitur cum eo ad abstergendum im
petiginem / et livores qui apparent
in facie et alias sordes cutis / qui ab
humoribus superfluis generantur ¶ Est at
quoddam mel quod nascitur in terra
dadie. beuthichi quod aliquando reperitur
tale / quod qui comedit illud incurrit
in saniem mentis cum sudore plurimo
Sed si comedat post ipsum rutam / et pi
sces salsos et post bibat oximel con
fert et evadit / sed oportet quod comedat et
bibat huius vice post vicem / deinde
vomat ¶ Et si bibat et comedat et
evomat ¶ Et quidam mel est acutum a do
re quando odoratur / quorum sternutationem
¶ Misceatur autem hoc mel cum costo et li

nitur impetigo / et curat / quod admis-
cetur cum sale et curat livores qui
fiunt a percussione .:. Ambra
191 Hambar .i. ambra dicitur quod nascitur
in mari et generatur in eo / sicut
generantur species fungorum in terra. Et quando
mare turbatur eicit a fundo eius
lapides magnos et cum eis eicit
frusta ambre. Et plurimum quod ex ea
egreditur ex mari est in terris Zingi in
occidente. illa defertur. Calma-
hadie deferunt namque ipsam illuc
homines / qui nominantur hinhere .i.
veloces / qui noverunt quod mare eam
eicit ad terram. Melior autem ex am-
bra est illa que invenitur in insulis
illarum regionum et in litoribus illarum
cuius figura est rotunda coloris ce-
lestini illa que est alba / sicut ova
strutionis est mala. Et ex ea est
quod devorat quidam piscis magnus
qui dicitur adel / qui cum transglutiverit
eam occiditur ab ea / quia natat super
aquam maris mortuus / quod videntes
homines de Zingi proiciunt super ipsum
uncos ferreos et funes et extrahunt
ipsum a mari / et excarnificantes ipsum ex-
trahunt ambram ex ventre eius.
Et est ambra non bona maxime
que in ventre reperitur et nominant eam
apothecarii per side madi. Verum
illa que reperitur iuxta spinam dorsi
est pura et munda multum et bona val-
de secundum hoc secundum quantitatem more quam fecit
in ventre piscis. Cabemesiai est
ca. et sic. et fortificat cerebrum et corro-
borat ipsum / et sensus omnes et cor et con-
fert senibus et frigidis de quibus valde
192 Haod .i. lignum Lignum aloes
aloes dicitur agaloyan est lignum
quod defertur ab india / et arboris ara-
bum huius odorem bonum / et habet corti-
cem velud corium / cuius odor est bonus
intus sapore est acritudo et stipticitas
et masticatur ut bonum inferat odo-
rem ori. Est autem conferens multum
humiditatibus egre in corpore et addissin-
tiam et sedat dolorem lateris / et est ex
fumigiis / et datur ex eo aur .i. et re-
movet putredinem a stomacho / et fortificat
ipsum quod qui bibit cum aqua confert
dolori lateris / et capitis et ulceribus intestinorum
et torsionibus ventris. Et B. intinsiacde
albacharith / agaloyen / est lignum
aloes / unde huius odorem bonum
quod qui masticatur aromatizat os
et administratur in dentifriciis ad facien-
dum odorem oris bonum et est de fu-
migiis. Et qui bibit ex ligno eius
ʒ .i. semis expellit humiditatem cor-
ruptam a stomacho / et est bonum humiditatibus eg-
rotis et humiditati dissintiam et sedat
dolorem laterum. Habbamsa / dicit quod in
arabia sunt in terris arabum / non
nascitur ex planta eius aliquid. Verum lig-
num / neeing / quod ibi nascitur approximat
aliquibus speciebus eius / melius non est
indum. Et quamvis plures species eius
sunt in india una tamen ex speciebus eius
habet communitatem cum eis in hoc non
adeo quod non demonstretur nisi per hoc unum
sicut si nominas imabilenos .i. dos
nigros. Et reperitur ex ligno aloes
in insula / que dicitur sinnia in india.
Et melius ex eo est nigrum tendens
ad varium colorem / huius multam aqui-
tatem gravem durum grossum / in quo
nulla est albedo / et quod remanet mul-
tum super ignem / et post ipsum mendili et
est denominatum a terra indie que dicitur
mendel. Et post ipsum est scisi / et est
de bonis speciebus ligni aloes et
submergitur in aqua propter suam bonitatem
et gravitatem. Et ex isto eodem
melius est grossum / in quo est aqui-
tas multa que post ipsum est albu-
mari / est namque minoris bonitatis
quam scisi / et alkumer usque ad sicci-
sunt .iii. diete in eius spacio. Me-
lius vero ex ipso alkumer est nigrum

nindum abalbedine pondcosim
dui pmanes sr ignem. G. cum hoc
est unig boni qui siefi cheral scdm
/ melius ex ligno aloes est illud
q defertur / ab india / 2 post ipm e
siefi. C. Et signum inh' est / q in ipo
est aliquantulum luci / 2 h' ideo q se
pelunt ipm intras fyri / q pq ipm
est Cinnici / 2 sunt ei due spes quar
una d' chachile 2 est melior alia
q alia d' sifori / 2 est inoris boi
2 pq ipm est steni / 2 est in ipo sr flui
tas hmida / 2 pmu e unig bonum
qui siefi / 2 pq ipm est albe quod de
fertur ex tris suffere / 2 est simile
spebus ligni aloes aliis e pter illis
de syri / 2 postipm est alhalebh
2 est in maioribus frustis qm aliq
aliud ex lignis aloes. Nam ex ipo
sunt pectines 2 tabule. C. Et dut q
lignu aloes inciditur ex arbore sua
2 sepelitur p annu i. Corrodit q ultra
q non est lignu aloes / 2 remanet li
gnu aloes puro ita q terra non mi
nuit de ipo aliq. C. Et dut q repint
frustula ligni aloes / int alias spes
merc. C. Et dut quod q ramuli ex
arboribz ligni aloes frangunt intras
illis 2 Cadunt in flumibz 2 currunt cu
eis 2 deferunt p regiones que dur
alhermia est fruct' eius arbois et
figura eius est sicut pip minutum 2
qma est col rubei / 2 nominat pipel
la. C. Cacabari est ca 2 sic 2 stiptitu
fugit ventu corroborat viscera
p virtutem stipticam que e in eo cu
arotiticitate 2 eicit sr fluitates hu
tatum corruptarum a corpe. C. Rasis
est ca 2 sic 2 est bonum sto hmido
C. ysaac benamra est ca 2 sic / i 2°
2 est bonu cebro fortificat viscera
2 expellit sr fluitates hmidas / 2 fac
descende sta a cebro / qu fit fuga°

cum eo / q maxime illud sta q
generatur ex vaporibz ascendentibz
asto / 2 expellit ventositates a
perit opilacoes / fugit ventu p
hibet fluxum urine / qui fit a frigore
2 debilitate vesice. C. paulz lignu
aloes hz bonu odorem aro trzat
os 2 fingim q qu bibit ex eo. 3. i. 2.
f expellit hmitatem corruptam
que est in sto 2 corroborat stom
2 confert hmi egme in epe suo / 2 dis
sinciam 2 sedat dol membro .:.
193 Aarasion .i. pras. Prassium
A sium. D. est herba hns ra
mulos multos egredientes ab v'a
tadice 2 sr ipa e borra pmca
Cuius col e albg 2 vge eius sunt
q drate 2 folia eius sr in longitu'
policis ab rotunda rugosa seu
aspa sup q e borra. C. Et seme eius
2 flores sunt diuisa p ramos eius
2 flos eius rotundg ad aspitatem
tendens. Nasci' in campis 2 i edificiis
domoro. C. G. sapor eius est amarg
2 vtus eius pma est ca i 2° g sic
i 3° i medio eius vtus fineni / 2 sua
vtus q abstergit 2 resolut / que 3'
vtus que apit opilacoes splenis
2 epis 2 mundificat pulmonem et
pectus p screatu / 2 provo. an qu
bibit. C. Et qu apponitur extius 2 ab
stergit 2 resolut que ipm q d qu e
siccum decoqui in aqua cu seme
suo. C. G. qu est hmidum tritur et
exprimitur succg eius / q succg q d
qui accipit ex foliis eius / pq q e
desiccatg in sole resolut cum melle
2 administrat ad visum acuendu. C.
Et fit cum eo sternutatoriu vtitis
ad mundificandu in stom talons
ale col cor / 2 administrat cum me'
addot auris antiquum / q administrat
qu sunt nove mo'ie que apiant

mundificent in sterium auditus / et partes
que veniunt cum humiditas a duobus
pannetis cerebri ad perficiendum auditum
Cum folia eius desiccantur et
ponuntur in aqua cum semine suo / et
potatur aqua illa cum melle confert
habentibus ulcera in pulmone
et asma / et tussim / et administratur eius
radix propter hoc sicca et eradicat super-
fluitates pectoris. Et utimur ea
in liccis ad provocandum / et educendum
sinam (?) et partum. Et datur in potu illi qui
sumpsit medicinas mortiferas / Unum (?) impu-
ritatibus nocet et vesice. Cum quis fit
emplastrum cum foliis et melle mundi-
ficat ulcera sordida / et evellit
panaricium et carnem putridam
et sedat dolorem lateris. Et succus qui
accipitur ex foliis eius recentibus
/ desiccatur in sole et facit hoc. quod qui
fit collirium cum eo et melle acui-
tur visum et extrahit humorem qui
facit eundem colorem et in [struck through]
ypericon oculis / fit cum eo capi-
purgio / quod qui distillatur in aurem sola
aut cum oleo roseo confert dolori aurium
Et quando administratur cum melle confert
egritudinibus interioribus. Paulus qui fit em-
plastrum ex marrubio cum sale confert
morsui canis rabidi **Feleng**

192 Feleng. abenmesuai. similatur
granis sinapis et ingreditur in un-
guentis odoriferis. est calidum et siccum. resolvit
et est in eo aliqua virtus stiptica.
Rasis est calidum et siccum. Ysaac benaram
ingreditur in medicinis odoriferis
et est calidum et siccum. aperit opilationes
capitis fortificat cerebrum et est in figura
sua sicut granum sinapis et maius
et habet linguam parvam sicut nodi. Et
melius ex eo est maius et fortioris
odoris et granis declinis vero est leve
nigrum / et ipsum resolvit / et est in ipso

de stipticitate. Mesahal est calidum in 2°
gradu et virtus eius est divisa in resolutione
et stipticitate **Fugre**

195 Fagre. abenmesuai. fagre a-
similatur citulis et est calidum et siccum et sit
in 3° gradu et ingreditur in medicinis
que preparantur stomacho. Ysaac benaram
fagre assimilatur citri / et habet interius
granum parvum nigrum rotundum. de foris
vero rubeum. Et ex succo eius fit
collutorium ad fetorem oris et confert
quod nos utimur eo in nodoach .i. in
pulverizationibus et unguentis **Aloes**

196 Sabet .i. aloes. Diascorides planta ista
habet folia similia foliis squille
in quibus est humiditas viscosa mul-
tum tenax adherens manui / et sunt
latiora folia squille prima / et quasi ro-
tunda / et inclinantur ad posteriora
et sunt in eis spine que egrediuntur
ab eis breves et rare et habet stipitem
similem stipiti affodillorum. Et
tota herba habet odorem gravem
saporem acrem multum et radix eius
est una similis cavicule lignee
Nascitur multum in terris Indie defer-
tur succus eius. Nascitur etiam de ca-
in terris arabum et in terris de Asia
tima / et est maritimis / et riparijs
et in insulis que dicuntur antaros / et no-
tus succus seu gummi eius est in
iuvamenti magis / sed etiam folia eius
nam quando ipsa teruntur et ponuntur sup-
er vulnera faciunt ea adherere. Succi
autem eius .i. aloes sunt due species
quarum una est arenosa / et est fex
et alia est epatica illud autem aloes
quod est melius est illud quod est gluti-
nosum / non habens in se lapidem
splendidum ad rubitudinem decli-
nans / cito frangibile et forte amarum quod
quando scripsi ipsum hanelatur cito humectatur

bus odorem boni et cetera et velut a-
romaticum. Sed illud quod est nigrum durum
ad frangendum durum est adulteratum
cum gummi. ¶ Sed ipsum discernitur
per saporem acritudinis et per odorem
fortem. ¶ Et quod non frangitur digitis
quia fricatur in partes minutas. ¶ Et
quidam sunt qui admiscent ei acaciam
¶ Radix autem huius plante vulneratur
et egreditur inde lacrimus quod colli-
gitur et folia eius contunduntur cum tota
planta et exprimitur succus qui de-
siccatur et reponitur. ¶ G. Sapor eius
est acutus acritudine forti cum
stipticitate et virtus eius prima est virtus
que calefacit in primo siccat in secundo et desicc-
at in tertio. Secunda est virtus que incarnat
et abstergit abstersione pauca et acuit
ex paucitate mordicationis eius quod
non mordicat vulnera nuda. ¶ Et
tercia est virtus que conglutinat fi-
stulas et incarnat ulcera difficilis
consolidationis et cicatricationis
maxime ea que sunt in ano et virga
et confert apostematibus que sunt in hiis
locis quando dissolvitur in aqua et fit
linimentum cum eo, similiter incarnat
vulnera et ulcera quia ipsum prohibet
humores qui fluunt ad locum et
resolvit eos qui fluxerunt, et confert
apostematibus que sunt in ore et naribus
et oculis. ¶ Et facit descendere stercus
ex ventre et confert stomacho plus omni alio
laxativo. ¶ Et dixit in conservatione
sanitatis quod de virtute eius est quod
expellit coleram quod dixit in tertio al-
maiemir quod aloes non ablutum
est plus laxativum quam ablutum, nam
in ablutione amittit de virtute laxa-
tiva satis quia elongatur cum ablu-
tione a dono virtutis mediocre quousque non
calefaciat quod dixit quod aloe est virtus
laxativa non cum fortis ¶

Sed quantitas in eo tanta est quod lax-
at et deducit id quod est in ventre.
¶ Et si datur de eo plus pertransit
virtus eius usque ad epar, sed quod a-
loes sit ex medicinis que purgant
corpus totum hoc non est verum. ¶
Et dixit quod aloes est de melioribus
medicinis illi qui habet in stomacho co-
lera a deo quod multos curavit una
die ex hiis. ¶ Et dixit oportet quod scias
quod habentes egritudines in stomacho et ventre
ab humoribus innaturalibus medicinis
que sumunt cum aloe. ¶ Et dixit
iterum quod aloes non potest extrahere
humiditates grossas propter debilitatem
virtutis laxative que est in eo
sed quando miscetur cum medicinis
subtilibus fortificat ipsum in opera-
tione sua. ¶ Et dixit in libro
in quo ipse monstravit quod disposicio
anime sequitur humorem corporis quod
virtus aloes est laxativa et cor-
roborat stomachum et consolidat vulnera
humida et claudit ulcera que sunt
in cute et consolidat ea et desic-
cat oculum humidum. ¶ Et dixit
alibi iterum quod desiccat oculos humi-
dos quod dixit in tertio medicinarum simpli-
cium quod aloes quando lavatur lava-
tione forti aut non laxat aut
laxat debiliter quia id quod est in ipso
de virtute laxativa abluitur et se-
paratur ab eo. ¶ D. Virtus eius
est stiptica desiccativa facit
dormire et depressat corpus que qui
de ipso bibit per adventionem cum
aqua frigida aut tepida tepidi-
tatis statim ventrem laxat ven-
trem et mundificat stomachum. ¶ Et qui
bibit de eo in [illegible] colologat aut
ʒ i cum aqua abscondit sputum
sanguinis mundificat per ...

¶ Et qui fiunt cum eo pillule cum
resina pini / aut cum aqua / aut
cum melle / laxat ventrem / que
qui sumuntur de eo .ziiij. mundificat
corpore / et qui administretur cum aliis
medicinis laxativis nocumentum
eorum a stomacho prohibet ¶ Et qui pul
verizatur super vulnera conglutinat
ea / et incarnat ulcera et prohibet
ea dilatari et consolidat et curat
ulcera prave et conglutinat. assa
hatne. et kabarsanich / et qui dis
solvitur cum vino dulci / curat e
morroidas et scissuras ani / et ab
scindit sanguinem emorroidarum
suppositum et incarnat panari
cium ulceratum et abscindit flu
xum sanguinis ¶ Et qui miscetur
cum melle / aufert livores qui fiunt
sub oculis abicientibus / quorum color
est color melongene / et viole
et aufert pruritum oculorum et lacrimas
¶ Et qui dissolvitur in vino reti
net capillos fluentes / et quando mis
cetur cum vino et melle / confert
apostematibus faucium / et radicis lingue
et gingivarum / et alia pessima oris et
ulceribus eorum omnibus nutrire innatis
et mundificat in collirus oculorum ¶ Assatur
autem super tegulam mundam super
carbones positam / et revolvitur
sepe donec virtus coloris appareat.
et sit ab omni parte assatum et sic
administratur in colliriis et abluitur
donec separantur ab eo partes are
nose que sunt in ipso / quia non est
iuvamentum in eis / et donec reperitur
clarum et mundum ¶ Alfensi auget
acuitate corporibus / et est bonum
doloribus iuncturarum et podagre et
ponitur extrinsecus / et laxat qui sunt
intus humores corporis ¶ Paulo

aperit orificia venarum que sunt in ano
¶ Alkansi arabicum linitur super apa
ta / et est melius nisi quod cito timendo
et non apponitur in unguentis oris / neque a
rubicum in potionibus ¶ Azcheret
nocet epati et fistulis ¶ Abenmesuai
confert odo et desiccat corpus et li
nimentum cum aqua eius scissure ma
mammarum et de proprietate eius est quod
mundificat stomachum / et caput ab humori
bus grossis et intestina / asticore / et
mollit ventrem et aufert putritiam
Et ipsum nocet ano / et generat emorroi
das ¶ Et si quis vult ipsum sumere mun
ficat ipsum cum mastice / aut abluat
ipsum aqua cum specierum / sicut spice ma
sticis. azari. xilobal / carpobal
cinamomi et cassie. et situm istis
que modum est quod curat bene ita / quod possit
villis stomachi adherere / et purgat plus
et attrahit humores a cerebro propter moram
eius quam facit in stomacho ¶ Et sic dosis
eius a .z.i. usque ad .ij. secundum virtutem
recipientis / aut debilitatem eius ¶
Habere ille qui vult esse sollicitus
in preparatione eius accipiat ex eo
lb. i. trito et cribrato deinde acci
piat ex absinthio bono quantitatem
lb. et de speciebus predictis de quolibet autem
z. iij. tantum contusis et species coquatur
in lb. aque / donec consumatur me
dietas / deinde coletur et ponatur illa
aqua colata in vase vitri / de
inde ponatur aloes super tabulam
marmoream vel vitream / et curatur
in sole terra forti et ponatur in paride
munda vitreata / cum tanto aqua
specierum quam imbibat et incorporatur
cum panno spisso mundo et dimittatur
in sole / donec desiccetur aqua cadem
et dimitte siccari ¶ Et tamdiu
facias hoc donec totam aquam

illam bibit. Ultimo igitur tere ipsum
et tunc adde ceram et commisce bene et
impone in vase vitreato et obtura
et liga os vasis. Et dosis eius
sit a ℥ i usque ad ii. Et aloes
quando quidem inveterascit fit niger et
minuitur eius acuitas et in abluto
est quod tingit hic citius. Humanum
est laxativum et mel quando administratur
minuit de virtute eius laxativa
et attractiva a longinquis membris

Cartamus et crocus ortolanus.

191 Cartami id est cartamus est ex eo
domesticum et silvestre. D. Domesticus
habet folia longa lata aspera
spinosa et divisa et habet stipitem lon-
gitudinis duorum brachiorum spino-
sum et super ipsum sunt capitella in mag-
nitudine olive maioris in quibus est flos
croceus similis croco et habet semen album
et subrubeum oblongum angulosum.
Et quod de ipso administratur ad decoctionem
solvendum est semen eius solum. C. Virtus
eius prima est virtus que calefacit
in 2o gradu quando administratur ex his. C.
D. ponitur semen eius in tibiis et exprimitur
succus et miscetur cum ydromelle aut
cum iure aliquo pullorum et laxat
ventrem sed ipsum est malum stomacho. Et con-
ficitur postquam est excoriatum cum a-
migdalis et aniso et nitro et melle
cocto et sic inde fit electuarium
quod purgat ventrem. Et oxiacipiantur
de eo ii ut iii frusta in quantitate
nucis avellane cibum quod secundum hunc modum
acceptum non nocet stomacho sed confortat
digestionem. Et modus confectionis eius est
in hunc modum. Accipiatur de Carta-
mo albo. Et sit I de amigdalis mundatis
et assatis iii colosatis et de aniso ℥ ii
et de nitro ℥ ii que tarices intiones
fiant pinguium xxx de melle aut
quantum necesse est ad confectionem. Unde
Cartamum coagulat lac et facit
ipsum amplius laxativum quidem
vero cum succo eius semen admi-
scetur ex melle et amigdalis et
aniso et cetera aut miscetur cum aqua
ordei aut cum aqua pulli et dat
in dissinteria et duo ultimum conferre.
Et quantitas est de eo datur ad
mixto cum his que diximus est
℥ vi. Et Cartamus agrestis est
spina similis spine cartami do-
mestici nisi quia folium eius est
longius folio cartami satis
quod folia eius nascuntur in summita-
te virgarum eius et hec virga est sine
foliis et multis vicibus virga eius
perfusa et in summitate virge est capil-
lositas spinosa et flos croceus
et radix eius est subtilis in qua
nullum est iuvamentum. C. Virtus eius
est virtus que desiccat et calefa-
cit temperate. C. D. quando tunditur capilli
eius aut flos et bibuntur cum
pipere et vino conferunt puncture scor-
pionis. Et quidam putant quod si per-
cussus a scorpione tenuit radi-
cem in manu sua non senaci-
dot quia quando proiciet eam senacet.
Mesarugie flos cartami est
crocus ortolanus et est stipticus
et in temperamento quando si teritur cum
aceto et linitur super impetiginem
aufert eam cito et quando cum eo et
melle linitur super ulcera que sunt
in ore infantium curat ea. Tach
abari in croco ortolano est quan-
titas stipticitatis pauca et agrestis
est rubior et siccior. Et Rasis in eo
et bonus est impetiginem et chalaf.
Abenmesuai agrestis quando teritur
cum aceto et linitur cum eo impetigo
et expellit eam. Et si teritur
et miscetur cum aceto et linitur super
linguam puerorum expellit ulcera

Caneseha Cartamus lac coagu
latum dissolvit / et dissolutum
coagulat. Cabemesuai Car
tamus laxat humores adustos
et grossos / et est mat stomacho. Cabeme
suai / et de proprietate eius est quod la
xat fla / et similiter facit medulla
eius. Et dosis eius est .3. ex
m. lb. s. aque ca. cum pice fri
cam / et colatur et ponitur in ea
.3. x. penidiorum / sed agrestis est calidior
et siccior quam domesticus et plus ab
stergens fla viscosum / et mundifi
cat stomachum et pectus **Kulcasia** ∴
198 Kulcais .i. Culcasia .G. in sa
pore radicis huius plante est
acuitudo et stipticitas pauca quia
virtus eius prima est ca. in .3. hu. 2
quando coquitur confert stomacho et provo
vrina. C. radix huius plante
coquitur et habet odorem bonum et est bona
stomacho et provo. appetitum et provo
vrinam. Cabemesuai radix
Culcas est ca. et hu. auget in
spermate ∴ **Cucumer** ∴
199 Rese alhemar .i. Cucumer
asininus. D. iustius planta
est divisa a planta cucumeris do
mestici in fructu eius solum quoniam
ipse est minor satis cucumere domestico
/ et est in figura sua similis gla
di longe / et folia et rami eius
consimilantur foliis et ramis dome
stici. Sed radix eius est alba et
magna. Nascitur in rupibus et
campis arenosis. Et plurimum
quod de ea administratur est succus
eius et fructus et radix et folia. C.
G. succi fructus eius substantia est subtilis
et sapor eius est amarus / et virtus
eius prima est virtus que calefacit in .3.
gradu et secunda virtus que abstergit et mol
lificat et resolvit / et tertia virtus que
provo. menstrua / et interficit fetum quando fit
cum eo nastale / sed quando fit ex

succo ipso unguentum cum melle aut
cum oleo veteri apostematibus que sunt in faucibus
confert. Et quando fit caput purgium
cum eo et lacte confert ycteritie / sed
quando administratur in hunc eundem
modum huic soda que dicitur omid
curat eam. Et succus radicis et
foliorum est similis succo fructus vo
debilior eo. Sed virtus radicis est
sicut virtus huius / sed cortex ipsius
radicis est magis desiccativus
quam radix ipsa. D. Succus hu
herbe quando distillatur in aure confert
dolori eius. Et fit cum radice eius
emplastrum cum farina ordei / et resolvit
omne apostema flaticum antiquum /
sed quando apponitur super apostemata saniosa
cum glutino albotini aperit ea. C.
Et quando coquitur cum aceto / et fit em
plastrum cum ea confert podagre / Et
quando cum decoctione eius fit
clistere confert sciatice / sed quando fit
cum ea collutio oris confert dolori
dentium / sed quando administratur desicca
ta et trita mundificat impetiginem
et scabiem ulcerosam / et morphea
et vestigia nigra que remanent
post consolidationem ulcerum / et sordicies
que sunt in facie que accipitur
de succo radicis eius ad quantitatem
unius onolosat et senibus ad unus
Et de cortice eius quantitas unius
acsuse laxat colera et fla et aque
in corporibus ydropicorum absque eo
quod nocumentum inferat stomacho / et ac
cipiatur ex radice eius lb. 5. et
teratur cum .y. lib. vini maxime
babilonici et misceatur bene et teratur
cum eo / et detur de eo ydropico in
tenosac in ieiunio qualibet die do
nec minuatur tumor ventris dimi
nutione multa et educatur aqua que
est in ventre eius. Sed istud quod dicitur

electuarium fit ex fructu cucumis huius amari in hunc modum / accipe de cucumeribus istis antequam perveniant ad completam maturitatem et contunde eos / et dimitte sic / nocte una / postea in die pone coram te vas et pone super ipsum cribrum non spissum et superpone super ipsum cutellum ita ut per acies sit de super / et accipe cucumeres singulariter unumquemque per se et pone super cutellum et scinde per medium / et exprime ipsum donec exeat totum quod continetur in eo de humiditate et cadat in subiectum vas / et quod remanet de carne cucumeris super cribrum exprime fricando donec pertranseat per foramina cribri et descendat in vas ¶ Quod autem remansit in manu tua aut super cribrum de scorza cucumeris pone in vase alio ita quod cum expleveris opus / ponas id iterum super cribrum et proicias super ipsum aquam dulcem et exprimas bene / et postea proicias deinde omne quod est in vase ex succo et cooperi cum panno ¶ Et cum separatum fuerit subtile a spisso / proice aquosum subtile quod supernatat cum facilitate / et facias hoc sepe donec nichil reperiatur ibi aque / quod autem remansit pone in mortario mundo / et tere tamdiu donec inspissetur et fac trociscos et sicca ¶ Sunt autem quidam qui accipiunt cinerem cribratum et ponunt eum super terram / et faciunt in ea foveam et accipiunt pannum et plicant eum cum tribus plicaturis et ponunt eum sic explicatum super cinerem extensum / deinde proiciunt succum in foveam illam super pannum illam aquositas cito separatur aggregatur a spissitate exsiccatur cum cinere substracto illud autem quod remanet super

pannum ponunt in sartagine et tenent et faciunt trociscos ut superdictum est ¶ Et ex hominibus sunt qui proiciunt super cucumeres aquam marinam pro aqua dulci / et sic abluunt / sed quidam qui abluunt eos postea cum mellicrato ¶ Melius autem electuarium est illud quod vergit ad colorem / album / leve. leve clarissimum humidum / et quod appropinquat lumini accendit / sed illud quod habet colorem porri / asperum lividum stingue / aut plenum orobo aut cinere est propterea quia est ad ulceratum et malum ¶ Quidam etiam adulterant eum admiscentes ei succum cucumeris domestici ¶ Et quidam admiscent cum succo cucumeris domesticorum amilum / ut assimiletur bono in albedinem et levitatem ¶ Et electuarium quidem istud super quod transiunt anni .ii. usque ad .x. est conveniens pro gratia virtutis et dosis eius completa est unius oboli sat / et ad minus medietas eius / sed pueris non detur nisi pondus duorum kesuf quia plus nocent eis / Omnibus autem et senibus sicut pueris / istud igitur electuarium facit hominem evomere flegma et coleram et similiter pessimum educit ea / et confert asmaticis ¶ Et si tamen vis laxare ventrem cum eo / admisce ei de sale et armoniaco tantum quod in mixtura eius que sit et facit pillulas in quantitate granorum orobi et bibat deinde bibat post ex aqua calida quantitatem unius ¶ Et si vis vomitum provocare dissolve ipsum cum aqua et postea accipe de ipso cum pluma et pone in radice lingue supinus ¶ Sed si homo fuerit durus ad vomitum / dissolve cum oleo / aut cum oleo de lilio et est plus iuvans qui ipsum accipit a

sompno oio ¶ Si aut vomitus
supfluit detur in potu vinu cu
oleo / qui sedabit vomitu / q si
non sedatus fuit / detur cum
sauich ordei cum aqua fria / aut
acetum aqua mixtum / seu da ei
in potu ex robub suco aliquorum
fructuum / sicut malorum ut aliorum
que possunt restringere ¶ Et elac
terium quando probatur .a. roccit fetid
qui fit nastale cum eo / quia qui fit
simulatorium cum eo z lacte con
fert yctericie / z sedat dolorem capitis
antiquum ¶ Et qui fit emptim cum
eo z oleo veteri / aut cum melle
aut felle thauri confert sciatice
iuvamentum maximum ¶ Labeme
suci proprietas cucumeris asinini est
quod purgat aquam citrinam absque no
cumento stomachi / z purgat flam / quia melior
ex illo est ille qui est oblongus
amarus fortiter ¶ Et rectificatio eius
est quod accipiatur cum aqua mell
cocti / aut cu rob / quia dosis eius
est a iiii. kirat usque ad v. ¶ Et
proprietas suci eius est sicut proprie
tas sbe eius / z clarus ex eo est
albus lenis lenis amarus quod cum
appropinquat igni inflamatur cito /
quia dosis eius est a .ii. kirat usque
ad iii. cu amilo z aqua mellis
¶ Thabix est ca. in 2o g. acutus multum
plusquam colloquintida / z acarus plus
alia lacticinia et qui sumunt ex seminibus
eius viij. vel x. grana et sunt inde
pillule et sumuntur et bibitur aqua frigida purgat
flegma et coleram et humorem aquosum et lac
eius cum pillulis aut cum oleribus aut
aliis cibis et facit... Et paulus laxat
sicut lacticinia et proprie lac eius
Virtus sed eius habet virtutem penetrative

ad laxandum Galamie quando habet nomen
coquitur cum atriplicibus et gallo
veteri laxat ventrem. Et albasai laxat
sicut alie species lacticiniorum et sed eius
est simile semini ipsarum nisi quia in isto
est dulcedo in sapore. Et abesege
sit. acconis est granum melinaria
laxat sicut stamo. et est fortius
ea et datur ex ea secundum sententiam antiquorum a vj granis usque ad xv. et dicitur
quod est error quia non debet dari de eo
nisi ab uno grano usque ad ij. grana
et secundum sententiam modernorum grana v. et quando
stomachus fuit fortis da integra et si
est debilis da contrita. Et thabrie habet
folia longa sicut digitum per ramos
ordinata ita quod assimilantur et assimilantur piscibus pinnis et propter hoc
nominat ipsum armeni piscem et quando
vulneratur in aliquo loco egreditur
desuper lac et qui coquuntur folia
eius et dantur in cibo habentibus aquam
citrinam evacuat eam per sellas et si datur
in potu ex foliis eius aut ex lacte
laxant et fortasse faciunt vomitum
et lac quidem eius est fortius foliis
et semen extrahitur a cortice suo sicut
grana coti et sunt eiusdem quantitatis
aut minora parum et in quolibet fructu
sunt tria grana prout de equalibus si dentur
in potu ʒ. ij. laxant flegma et coleram
et eo. et humo. secundum Rasis. laxat et facit
vomitum cum virtute et confert podagre
et laxat coleram et aquam citrinam et operatur
sicut lacticinia. Et albunigi. mi
meudana sunt due species que habent folia
sicut digitus laxat sicut lacticinia
et semen eius simile est sicut semina
eorum et est in sapore eius dulcedo

373 Meizaharam Q: Meizaharam :ρ
albunigi confert dolori
matricum et articulorum. Et habet proprietatem
in capite quia minuit in dolorem
matricum et contractionem digitorum et ex

arbore sua quod est innatum est cortex
eius exterior et ponitur in medicinis
magnis / et dixerunt quidam quod vide
runt in foliis huius plante id quod
dixi in arbore agime (?) / et quando ponitur
in stillis ebarum (?) pisces / et melior
ex ea est illa que habet subtilem corticem
et in sapore eius est acuitas pauca
/ Et dosis eius simplicis cum ... (?)
est aur. i. quando miscetur cum aliis me
dicinis est ʒ danich / et similiter si po
nitur in pillulis aut in electuariis (?) et si ponitur
in decoctione cum aliis medicinis
est dosis eius a ʒ i usque ad ii
Et ego (?) intendo (?) ista pondera
ideo quia quando medicina potatur
simplex operatur cum sua virtute sola
sed quando miscetur cum aliis medicinis
fortificatur virtus unius per alteram
et propter hoc oportet quod sit quantitas eius que
de ea sumitur cum aliis medicinis
plus tertia eius quod de ea bibitur simpliciter
et non augeatur de medicina quando ad
miscetur cum aliis ideo ne sit virtus
unius superius super virtutem alterarum
medicinarum (?) et debilitetur virtutes earum de
bilitate forti in decoctionibus verum (?)
non est ita quando substantia medicine abi
citur et recipitur aqua Piretrum :f

378 Machitaraha i. piretrum ·D·
est planta cuius folia sunt similia
foliis dauci agrestis aut marathi
et stipes similis sit stipes illius. et super
stipitem est coma similis come ane
ti similis capitellis rotunda / et
habet radicem in grossitudine digiti ·6· per
linum (?) ex ea administratur est radix
eius / et proprietas virtutis eius est pro
prietas adurens / et tertia virtus est
virtus que sedat dolorem dentium qui
fit a frigore et confert rigori febris quando fri
catur (?) in unctione cum eo dissoluto in oleo
ante adventum paroxismi. et confert illi qui
habet membra sua narcotizata et illi
qui habet stuporem in membris

aut relaxatur ·D· pungit linguam
quando gustatur punctione forti et
attrahit flegma et idem fit (?) coquitur cum
aceto et fit cum eo collutio oris
confert dolori dentium / et quando masticatur
attrahit flegma / et quando teritur et miscetur
cum oleo et inungitur cum eo provo
cat sudorem ad cutem et confert membris
super que vincit frigus et conservat corpus
a nimio frigore aeris ne noce
at ei et amissioni sensus et motus et e
ius incarnativum (?) magnum i. habet
et paralisi et rigoribus febris. Piper :f

379 Fufel i. piper ·D· est arbor
nascens in regionibus indie
habet semen quod in suo ortu est longum
simile faseolis et elongatur in forma
sua / et est macropiper et intra ipsum
sunt grana similia ... (?) que
quando maturantur fit piper et hoc quia se
paratur et fit quasi racemus in quibus
sunt grana prima (?) et sunt grana piperis
et quando colligitur post maturitatem est piper ni
grum sed quando colligitur ante maturationem
est piper album nam color eius est
albus et non recipit in colore
suo nigredinem antequam maturetur et ra
dix huius arboris est similis costo
Eligendum est autem ex nigro illud quod
nondum (?) nigro non est res similis
furfuri grave et plenum. Ex albo autem
melius est illud quod est non rugosum
album et grave et longum est eligendum
illud quod cum frangitur apparet densum
huius grana que sunt intra ipsum invicem
mixta (?) et acuti saporis mordicativi
lingue cum calefactione. Sapor piperis
est acutus et illud quod est non ma
turum est piper album et ipsum est acu
tius nigro et magis pungens
linguam et hoc est quia nigrum propter eam quod
maturatur accidit quod recipiat ad
ustionem in seipso et desiccatur adu
stione et desiccatione forti quare minuitur

acuitas illa que quidem remanet in albo / ambe tamen iste species sunt de siccitate calefactiue desiccatione et calefactione forti / et fructus quidem eius qui incipit est piper longum et propter hoc accidit quod piper longum est humidius albo pipere / et signum super hoc est quod quando eligatur tempus super ipsum corroditur et perforatur / et quando tritur non invenitur tantum impressio succionis pungitiuam multam et quod incipit morditiue non apparet mordicacio eius [struck through] multa autem quando gustetur bene demum remanet mordicacio eius tempore non paruo / et dixit in libro de regimine sanitatis piper album est melius sed duabus aliis speciebus. Et D. piper nigrum est acuius albo / et album est debilius eo. Et virtus piperis est calefactiua attractiua tibi precatur vrine resolutiua abstersiua obscuritatis visus / et quando sumitur in potu aut fit in vnctio cum eo cum aliquo vngento confert rigoribus febrium periodicarum et confert morsibus venenosis et expellit fetum / et putant aliqui quod quando fit nascale cum eo post coitum prohibet impregnacionem et administratur in looch et in syrupis qui sunt conuenientes tussi et doloribus pectoris / et fit linitio cum eo et melle confert squinancie et quando sumitur in potu maxime cum foliis lauri aut cum sol eius confert torsionibus ventris et masticatur cum staphisagria et cum passulis morum facit descendere flegma ex capite et ipsum sedat dolorem et confortat digestiuam et ingreditur in confectionibus specierum quibus vtuntur sani in condimentis ciborum ad prouocandum appetitum et quando miscetur cum pice resoluit scrophulas et quando miscetur cum nitro abstergit morpheam / assatur autem piper quando ponitur

super testam nouam et mouetur continue sicut mouentur lentes donec assetur quantum oportet / Et non est radix piperis sicut quidam putauerunt ymmo radix eius est similis costo que quidam radix calefacit et mordicat linguam et attrahit humiditates ad os / et quando miscetur cum aceto et fit emplastrum cum ea resoluit apta splenis / et si sumitur in potu facit idem et quando masticatur cum staphisagria attrahit flegma et est mirum in manu meum. Albenefir proprietas piperis est quod prohibet impregnacionem quando supponitur post coitum et prohibet torsiones et ventositates que sunt in stomacho et intestinis et incidit flegma viscosum quod aggregatur in pectore et pulmone et intestinis. Et piper quidem est calidum digestiuum et expellit ventositates a stomacho et intestinis et est nociuum febricitantibus. Albegonid si quis vtitur multum pipere prouocat vrinam / et si vtitur eo paruum facit hominem humectare ventrem. Beamon est grana hoc ex arca indi piper facit hominem marcessere et desiccat sperma et in pipere albo cum acute sua est [struck through] humiditas que augmentat in spermate. Humay in tractatu piper mundificat epar et ventrem et pulmonem et stomacum et confert morsibus venenosis et calefacit neruos et musculos plus omni alia re. Sapo :P

346 Aabon .i. sapo. Paulus virtus eius est que abstergit et putrefacit. Albasari sapo est bonum et ad mollienda apta dura. Rasis calidum est et vlcerat corpus et est fortis in hoc :P Kitran C :P

347 Kitran D. est oleum quod egreditur ex arbore et serbin sunt due species vna earum est arbor magna et ea est alkitran habet fructum similem fructui cypressi nisi quod ea est minor eo

multum / et secunda est arbor parva spi-
nosa habens similitudinem cum arbore
iuniperi. Et magnitudo fructus eius
est sicut magnitudo grani mirti.
Melius autem albitram est illud
quod est spissum clarum habens odorem
fortem cum horribilitate et quando tingitur
in eo digitus non cito defluit ex
digito propter suam spissitudinem. Et
quando stilla eius cadit in aliquo lo-
co remanet collecta et non expanditur
.6. species terebinthi quod est calidum et
siccum in .iii. gradu. Sed oleum quod extrahitur
ab arbore sua est subtilis et virtus
eius prima calida et sicca in .4. gradu et secunda
est virtus que desiccat et purificat
carnem. Unde cicius putrefacit te-
neram carnem durationem vero in longo
tempore. Et tercia est virtus que custodit
corpora mortuorum. Et hoc quia ipsum
est debilius cum medicinis putre-
factivis expellit putrefactionem et desiccat
quod est ibi de humiditate absque quod le-
dat membra radicalia. Sed quando appli-
catur corporibus vivis calor corporis
facit augeri et fortificari virtutem
eius quare fit causa ad comedendum carnem
teneram et mollem. Et propter hoc
occidit pediculos et lendines et lum-
bricos et vermes qui sunt in auribus
et quando fit cum eo nascale corrumpit
fetum et excludit mortuum. Et quando
linitur cum eo virga in hora coitus
destruit conceptum. Propter hoc est ex vi-
cinioribus medicinis et fortioribus
ad prohibendam impregnationem adeo
quod accidat ei qui utitur eo quod fiat ste-
rilis. Et quando distillatur ex eo in den-
tem corrosum sedat dolorem et frangit
dentem et aufert livorem qui fit sub
oculo et curat hispilam que fit ab
humoribus grossis et pinguibus.
Et albitram est illud quod est optimum
ex eo quod colligitur in lana que sus-

penditur super ipsum dum coquitur
et est subtilius quam albitram totum
et minus acutum. Et similiter calefactio eius
non est intensum minor residuo
eius et hoc residuum quod remanet
est albitram est illud quod de eo est
spissius et grossius. Et est sicut illud
quod remanet ex spissitudine olei
et ideo evenit quod albitram propter suam
grossitiem mordicat et aperit et propter ista-
rum commovet ulcera et facit ea
aperiri. Et quando linitur cum eo albi-
tram sublimato calefacit multum
et mollificat et propter hoc cum liniuntur
cum eo orificia apostematum et curat ea
sicut facit pix liquida. Et ad-
ministrat quidem albitram ad scabiem
et pruritum. Et dixit quoniam terebinthi
virtus est temperata adeo quod potest comedi
nisi quia facit soda et calefacit
corpus et mordicat stomachum. Et vir-
tus albitram est quod corrodit et mun-
dificat corpora viventium et servat cor-
pora mortuorum. Et si fiat feretrum in quo
deponatur ut in ipso deponatur corpus de-
functi ex ligno terebinthi servat
corpus a putrefactione quare propter hoc no-
minant ipsum quidam vitam mor-
tuorum. Et albitram adiuvat plantas
et coria propter nimietatem sue caliditatis
et desiccationis. Et administratur
in collyriis que sunt ad visum acue-
ndum et abstergit albedinem oculi
et cicatrices seu maculas que re-
manent post consolidationem ulcerum
cornee et quando distillatur in aurem
cum aceto occidit vermes qui sunt
in eis. Et quando miscetur cum aqua
in aqua decoquitur ysopus et
distillatur in aures removet tin-
nitum et sibilum et si ponatur in
dentibus corrosum sedat dolorem eius
et frangit dentem quando fuerit in potu

cum vino confert ictui leporis
marini. Et qui bibit eum cum rob et
sale pancto confert morsui serpentis
et si linitur sit cum eo super elefan-
ticum confert. Et datur ex eo
quantitas ʒ. i. et s. mundificat ulcera
pulmonis et curat ea, et fit clyste-
rium eo, curat lumbricos magnos
et paruos. Et quod fit nastale cum
eo corrumpit fetum. Et si quis
unxit virgam in coitu cum eo constringit
[illegible] faciunt et separantur. Fit autem ex
eo oleum quod colligitur ex pice, et virtus
eius sicut virtus albitran nisi quia
ipse curat scabiem pecudum, et camelo-
rum et confortat corpus et incarnat et eo
solidat ulcera corporis postquam abraditur
locus pilis. Fumus vero albitran col-
ligitur sicut fumus picis. Et virtus
fumi eius est sicut virtus fumi
picis. Sed fructus cedri dicitur
chedrides et virtus eius est cale-
factiua et est nociuus stomacho sed confert
tussi et attritioni lacertorum et distil-
lationi urine. Et quando bibitur tritum
cum pulvere piperis dr. i. confert quando
bibitur cum vino ille qui bibit
leporem marinum et cum admiscetur
cum adipe ceruino aut cum ce-
rebro eius et linitur corpus cum eo
non appropinquat ei aliqua vene-
nosa et ipsum ingreditur in confectionibus
antidotorum. :D: Cinis :

178 Ramad .i. cinis. G. similiter in eo
qualitates contrarie eo quod est ibi
pars terrea et pars velut fumosa
et ista pars est subtilis. Sed quando ad-
miscetur ei aqua recedit cum
ea et remanet pars terrea que est
debilior et non inest ei mordi-
catio, quia recessit cum aqua
pars illa in qua virtus illa acuta que
erat in substantia illa fumosa quando
quidem aqua admiscetur cum cine-

re substantia illa subtilis admiscetur cum
aqua statim sicut dixi supra
et non separatur ab ea. Diuersifi-
catur autem cinis in genere suo secundum
diuersitates lignorum ex quibus
fit, quia ex eo est super quem
vincit stipticitas, sicut ille
qui fit ex lignis arboris glan-
dium et arboris masticis, et ypo-
quistidos et similium que habent stip-
ticitatem. Hii namque habent stip-
ticitatem tantam quod ego restrinxi
fluxum sanguinis cum istis cineribus.
Sed cinis arboris ficus non ad-
ministratur ad hoc, eo quod sit in ipso
acuitas multa, et adustio et ab-
stersio, et ideo euenit quod iste cinis
sit contrarius cineri contrario, volo dicere
quod pars fumea que est in eo est
alia a parte fumea que est in aliis
cineribus et pars terrea eorum que est
in cinere contrario declinat ad stipticitatem.
Et in cinere ligni ficus est ab-
stersio quia dicitur quod medicine que com-
buruntur excoriant propter adustionem
earum et acquirunt ab adustione
rem igneam, et ista pars ignea
separatur ab eis per ablutionem quando
lauantur et remanet terrea sine
desiccatiuis sine mordicatione.
Et dixit in xo. aqua cinis in-
greditur in putrefactiuis et ad-
iuuat sine dolore propter suam subti-
litatem et secundum acuitatem cinis est
acuitas aque ipsius. Et dixit
in viio. aqua cinis est abstersiua
et est in hoc quedam ex eis for-
tior et quedam debilior. Et plurimum
aqua cinis sunt abstersiue cum
pertinent ficus et lactucarum
et iste due aque sunt in virtute sua
propinque medicinis putrefactiuis

Cinerez aque alie aliorum cinerum possunt
in virtute abstersionis et desiccationis
secundum virtutem lignorum ex quibus fiunt
cineres. Cinis d. aque cinis ficus agre-
stis et domestice operose est, quod adu-
runtur rami eius et colligitur cinis,
deinde infunditur cinis in aqua
et dimittitur ibi aliquibus horis et co-
latur, deinde ponitur ad hoc alius
cinis et fit idem et hoc fit sepe, et ergo
fit usus eius ad ulcera fraudulen-
ta, et comedit carnem que crescit
in ulceribus et administratur in ali-
quibus ydropisibus quia infunditur spo-
gia in ipsa et ponitur super tumorem
et fit cum ea clistere ad ulcera
in testinorum et ad fluxum antiquum
et administratur in ulceribus frau-
dulentis quia aufert carnem
corruptam que est in eis et in ter-
et consolidat ea sicut alie medicine
et colatur et clarificatur ex ea
et datur in ea in potu ʒ. i. et ergo
cum parvo oleo ad coagulationem
sanguinis et ad tussim et attritionem
et datur de ea sola quantitas ʒ. i.
et ergo huic fluxui ventris et ulcera
in intestinis. Et quando miscetur
cum oleo et linitur in corpore provo-
cat sudorem et ergo fit dolori membrorum et
paralisi, et bibitur eam ille cui da-
tum fuit in potu gipsum, et
ille quem momordit rutela, et ergo
fit faciunt autem hoc omnia species a-
quarum cinerum et precipue cinis ar-
boris glandium et sunt eius stipites.
349 Scebram i. esula. Esula
d. est planta habens sti-
pitem extensum in longitudi-
nem brachii habens multos no-
dos et super ipsum sunt folia parva sub-
tilia acuta ex extremitatum

similia foliis pini et habet flores p-
rvos purpurei coloris et habet semen
latum simile lenti et radicem
albam grossam plenam lacte grossam
et est planta ista similis que-
admodum lacticinio quod dicitur cyparis-
sios. Crescit autem hec planta in
aliquibus locis magna. G.
et putaverunt aliqui quod hoc sit
ex speciebus lacticiniorum, eo quod habe-
at lac sicut ipsa habet et laxat
sicut ipsa, et virtus eius in aliis
proprietatibus sicut virtus eorum. C.
d. radix eius si de ea accipiatur
ʒ. i. et bibitur cum mellicrato laxat
ventrem, sed etiam folia eius laxant
ventrem si de eis accipiatur pondus
iii. quorum ologinat. Et semen
eius si de eo accipiatur ʒ. i. lax-
at eo. et flegma. Et si sumatur ex
lacte ipsius pondus ʒ. i. facit
hoc. Albedine scebram proprietas
est sicut proprietas inczenori nisi
quod ponas loca absinthii eo. et
dragagantum et bibat ipsum cum
aqua mellis aut cum rob aut cum
decoctione mellis aut cum olere
iameno, et dosis eius est ab i.
karat usque ad iii. C. paulus. Sce-
bram laxat aquam citrinam
quam bibitur cum sanich. Albemes-
hat laxat flegma et urinam. Alib
vencorum id quod de ipsa accipitur est
pondus ʒ. ii. et absondit flu-
xum qui accidit ab eo sedens in aqua
frigida et ponit ipsam super caput eius.
Chabrix scebram est ca. in ʒ. quartum
siccum in primum. 2. et est in eo acu-
itas stypticitas et acuitas ita quod
qui sumit de eo in potu, in-
venit ex eo stypticitatem in gutture.
Et antiqui utebantur eo et
invenerunt in operatione eius nocu-

humiditatibus quoniam calida et quod inducit po-
tum se se. et cum toto hoc est ma-
lis humiditatibus emorroydalis / na
aperit venas ani et inducit flux-
sanguinis earum quia vene ille de
natura sua sunt fluxibiles / quoniam senciunt
stipticitate scebram ~~faciet in quali-~~
~~tatibus quas diximus hoc~~ et siccitate
faciet eas tumescere plus et fluere
quia scebram faciet in qualitatibus
quas diximus hoc et propter fluxum eius
Et ille medicine que laxant
cum stipticitate et acuitate sicut sce-
bram et meserion faciunt hoc /
Sed oportet rerum stipticitas que strin-
gunt naturam sicut sunt glandes et
castanee et similia passularum
et cortex exterior granati et tha-
marindi et galla et mirtus et similia
eius et simulia / istis ex medicinis
stipticis est oportet contra operacionem
scebram et meserion que iste strin-
gunt naturam et restringunt venas
illas et abscondunt illum sanguinem
qui fluit ab eis. Et scebram
quidem quando rectificatur consistit in nocumento
manifesto et hec proprietate in laxando
aquam citrinam et coleram et in-
uitiam / et laxat flegma grossum
intrinsecus eius et melius est scebram
est tamen corpus est cum lene
huius cortices subtiles. Sed illud
quod non est ita sed est grossum et non est
cum nisi primo et quando vis ipsum fu-
gere non fugiet facile propter sua
grossitie et apparet in eo similiter fi-
lius est de tribus ex scebram et tu-
rpites sunt ista in scebram agresti
sed illud preside est de tribus aliis
Et rectificatio eius est quod tu
accipias ex eo quantitatem quam vis
et infunde in lacte / et dimitte

ibi die ac nocte / et caue ne plus
dimittas / ne debilitetur operacio
eius ad expellendos humores
malos a corpore et quod mittes lac
in die illa et nocte bis aut ter
quia sic expoliatur a stipticitate
et siccitate que est in eo. Et si vis
ipsum administrare cum aliis medicinis ad-
misce illud cum hiis que conveniunt
ei sicut sunt anisum et maratrum et cimi-
num et turbith et mirabolanis / quia iste
medicine et si est stipticitas in sapore
earum tamen ipse non sunt ita acute sic
scebram / quia in eis est quod quasi
immanet corpori plus quam in scebram
et ipse subtiliant ipsum et auferunt
acuitatem eius / et quando tu vis cum
eo curare colicam que fit a ven-
tositate grossa aut a flate / aut
ab apostemate ut opilatione rectifica
ipsum cum bdellio et sagapino et amo-
niaco et fac cum eis pillulas et pone
cum eis primo ex stercore lupi quod
reperitur sicut herbam albam / aut
sicut lapis albus sicut cerusa
et infunde ipsum postea in succo en-
divie et feniculi et solatri de quibus
accipe tribus succum et clarificatus
et stet ibi in diebus cum suis
noctibus deinde siccetur et fiant
inde trosci et ponentur cum modico
salis indi et turbith et mirabolanis
citrinis et aloe nam eueniet inde
medicina mirabilis in natura. Et
In lacte vero scebram non est aliquis
bonitatis nisi non noceret illi qui
accepit ipsum. Et medici via-
tores occidunt cum eo multos
propter paucitatem sue scientie. Et
ego quesivi ab aliquibus ex
eis que erat ista medicina
quam ipsi dabant in potu / et sci-
vi quod erat scebram cum toto suo ...

nimis et laxabant aliquos usque
ad mortem. Et ex eis sunt qui
accipiunt mirabiles et ponunt ipsos
in coloquintidam humidam et ex-
trahentes eos ab illa ponunt
in alia / deinde dant .i. mirab.
sol. in potu et laxat donec occidit.
Et iste quidem medicine sunt ipsis
quas nos dicimus nominari medicine
sunt venena patiens / Et quidam ex
eis sunt qui dant in potu karfar/
cum et est in eo de malitia et de
fectione humorum et de commotione dol.
corporis et complexione ipsius rei quam
impositum est nominari. Et quidam
dant in potu ex artanita qua
lavatur lana et dealbatur et est prope
pe maliciam karfasin / et dehal
cita et est herba que nascitur super
spinas / et lignum eius est ru. et
sol. eius videntur purpurea / que
quando inciduntur egreditur lac ex eis
sicut ex scebin. Et quando ponitur ex
foliis eius super corpus facit ru-
beum locum et fortissime ulcerat / si
ponitur super carnem mollem / et omnia
ista que faciunt rubere exteriora
corporis non sunt convenientia dari in
potu. Et illi quos diximus dant
in potu de lacte istarum herbarum
et sunt omnes male destructores
omnium hominum cum fluxu et vomitu
quia dimittunt ipsas omnino est melius
quam exhibere. Et dosis scebin fortiter
quando rectificatur cum aliis medicinis
ut diximus est .a.iiii. danich usque
ad ii. secundum virtutem : Saitarag

360 Saitarag. est hansab .b.
virtus eius et sapor et odor
eius sunt similia virtuti saponi et
odori nasturtii nisi quia est nimis
desiccativum ipsum et calefacit in .iiii.
gradu. Et est planta nota ad

miscetur cum lacte et aqua et sale
et virtus sol. eius est ca. ulcera-
tiva / et propter hoc fit emplastrum cum eis
sciatice et pungit multum / quando
teritur et miscetur cum radice enule
et dimittitur super locum per spacium hore
et similiter ponitur super splene et linitur
cum ea scabies ulcerativa / ut
ulcerosa et aufert eam et aufert ma-
culas unguium et confert bazas et dolori
sciatice. Et experimentaverunt quidem quod quando
radix saitarag suspenditur in loco
hiis dolor dentium sedatur dolor eius

361 Chardel .i. sinapi Sinapis
De eligendo est illud quod non
est nimis siccum neque extenuatum
humoris combustum et quod frangitur est
album intus et est humidum nam
illud tale nimium est bonum. Virtus eius
virtus prima est virtus que calefacit
et desiccat in .iiii. gradu. Et in augmento est
abstersio et resolutio / et secundum mundificat
humores malos. Et virtus eius
calefacit et subtiliat et extrahit quando
masticatur / et quando teritur et miscetur
cum aqua et temperatur cum rodomelle
et fit inde gargarisma / confert apostematibus
radicis lingue et asperitati antiquis
plenis fit cum eo gargarismate
Et quando fit cum eo emplastrum cum rebus
convenientibus ad hoc resolvit scrophulas
et quando teritur et aplicatur naribus
quinonem sternutationem et confert epilenticis
excitatibus eos / et illam que patitur
suffocationem matricis et confert litargie
quando fit emplastrum cum eo super caput
post quam tu fecisti abradi capillos
eius. Et quando miscetur cum caricis et
ponitur super cutem donec rubeat
confert sciatice et duriciei splenis
et confert genus prope dolori omnium antiquos
quos volumus attrahere aliquid ad exterio-
ra et quando fit emplastrum cum eo mundat
alopiciam / Et quando miscetur cum

melle et adipe aut cum cera et oleo
dissoluta mundificat faciem et aufert
maculam / seu liuorem qui fit sub
oculo / Et coquitur cum aceto et linitur
cum eo scabies ulcerata et impetigo
et curatur non multum cito et datur in
potu in aliquibus scilicet proditis / et
confert grauitati auditus et tinnitui aurium
aurium / Et quando teritur et miscetur cum
aqua et melle et fit inde collirium
confert obscuritati visus et pruritui pal
pebrarum et exprimitur succus scilicet sina
pis dum est recens et desiccatur in
sole. **medicine frigide et sicce quarti gradus**

365 Tarchar .i. papauer - **papauer**

Ad. sunt ei multe species nam ex eo
est domesticum quod seminatur in ortis
cuius capita sunt oblonga et semen
eius est album et ex eo est agreste
et sunt ei due species. Una est huius caput
est oblongum minus tamen alto et nota
scilicet / et ex eo grossum eo quod flos eius
ipso grosso cito cadat / et ex eo est
aliud quod nascitur iuxta mare in litto
ribus et ex est ebedhi .b. domes
ti semen inducit sompnum temperate
quando puluerizatur in pane aut mis
cetur cum melle et comeditur / si
grossum semen eius infrigidat
in fine forti / et propter hanc causam non est
aliquis qui utatur eo solo quod ef
fugiat vomitum eius eo quod facit
dormire dormitione forti / Et gummi
huius speciei et succus eius est opium
Et scilicet .i. liquidum in gradu plus
in mediis vero et semen eius et
capita eius / et folia et lac eius et
alius corpus primum est virtus que in
frui in ... et secunda est virtus nar
cotica mortifera. Et virtus in
species intelligo domestici et agre
stis est in ... et obl... si coquitur
folia eius cum capitibus in aqua et in
funditur decoctio eius super caput

facit dormire et datur ex ea in po
tu non valentibus dormire etiam
et qui terunt folia eius cum triticone for
ti et miscetur cum sanich / et fit inde
emplastrum apostematibus calidis et herisipile confert eis
Et terunt capita speciei recentia
et fiunt trosci qui desiccantur et reponuntur
et administrantur / Et quando coquuntur capita
speciei cum aqua / donec consumitur
aque medietas / deinde admiscetur
decoctioni illi mel et coquitur iterum do
nec coagletur et fit inde lohoc
valde bonum tussi et superfluitatibus
que descendunt ad canna pulmonis
et fluxui antiquo ventris / quando vero ad
miscetur ei acacia et ypoquistidos
fit fortius ad hoc / Semen vero nigre
speciei teritur et datur in potu cum
vino in fluxum ventris et in con
stitutionem antiquam ex matrice / Ca
uendum est tamen a multitudine eius ne
inducat subeth aut litargia aut
mortem et teritur cum aqua aut cum
oleo / et fit inde emplastrum temporibus
ad vigilias et dolorem capitis / Omnium
vero specierum nigra est opium et succus
eius infrigidant plusquam semen
et desiccant et inspissant quando sumitur
de ipso parua quantitas / Dicunt quidam
quod sedat dolorem et facit dormire
et maturat et confert tussi et fluxui
antiquo / Et quando accipit ex eo quan
titas magna facit subeth et post ea
occidit et miscetur cum oleo rosato et linitur
inde caput confert soda / Et quando mi
scetur cum oleo rosato mirra et croco et
distillatur in aurem confert dolori eius
et miscetur in vitello oui assati / et cum
eo confert apostematibus calidis oculorum / Et quando mis
cetur in lacte mulieris et croco est bonum
podagre et fit ex eo suppositorium prunum
et imponitur ano et facit dormire
/ Melius vero quod est ex gummi isto

est gummi amari saporis faciens reso-
lutionem in aqua leve tactu et al-
bum et quod fuerit resolutum non asperum
neque grumosum neque coagulatur
quando dissolvitur in aqua sepe sic
facit illud / et quod ponitur in aqua dis-
solvitur et si appropinquat igni ignito
incenditur et flamma quam e-
mittit non est obscura et quando extin-
guitur fit odor eius fortis non
malus / adulteratur autem admixto
cum sief (?) et memithe | Sed quod dissol-
vitur in aqua apparet ei res similis
croco in colore et adulteratur cum
succo lactuce | Cognoscitur quod quod
dissolvitur est debilis odoris et aspi-
tacius (?) | Et adulteratum cum gummi
cognoscitur quod habet virtutem debilem
et habet clarum colorem / et quod tangitur adheret
tactui | Et sunt quidam qui adulterant
opium cum adipe miscendo ipsum cum
eo fortiter donec rubeat / Est autem
usus opii in collirijs Unde dia-
scorides narrat quod erasistratus vita-
bat usum eius in obtalmia / et
non utebatur eo in egritudinibus oculorum
neque in aliqua earum omnino nam
dicebat ipsum debilitare visum
et inducere subeth | Et andreas
dixit / quod nisi quia ipsum est adulteratum
induceret cecitatem quibus inungun-
tur | Et mesideius (?) dixit quod iu-
vamentum eius est solo in odoran-
do faciens dormire / aliis vero omnibus
modis usus eius est malus et
periculosus valde | Sed hii omnes er-
raverunt nam id quod experimentatores
testificati sunt de virtute ipsius
operatio eius vincit per experientiam
| Et opium quidem et est gummi papaveris
fit in hunc modum / mane postquam
sol desiccaverit rorem qui cecidit
super plantas fiunt scissure in capiti-
bus papaveris subtiles cum cutello

non profunde / ne transfigatur cortex
eius / sed superficies cutis solum in-
cidatur / deinde cum gummi seulac (?)
[illegible] fuerit a scissuris illis radatur
digito scissura quidem et non exprimatur
ab tasio (?) / ne abradatur cum eo de
cortice papaveris / Accipiatur ergo hoc
gummi et coadunetur in coclea et
quod colligis ab omnibus papaveribus
per ordinem digito ad primam papaverem
et collige quod iterum aggregatum in vicibus
super scissuras / et est [illegible] digite vi-
dens / si adhuc aliquid aggregabitur
/ accipe ergo hoc gummi et agita in
vase mundo et tere simul bene et
fac inde trociscos et repone / Fit autem
opium alio modo accipiuntur alio modo folia
et capita papaveris et tunduntur bene / deinde
exprimuntur in torno et colligitur
succus et ponitur in vase et teritur bene
donec possibile est trociscos fieri qui sunt
et reponuntur / et hec species opii nominatur
meconium et virtus eius est debi-
lior virtute alterius | Sed papaver
corniculatum habet folia alba et pinguia
et pilosa / similia foliis plante que
dicitur flosmus (?) scissa in partibus eius
/ et habet similitudinem alterius sicut folia
papaveris agrestis / et stipitem similem
stipiti illius et habet florem glau-
cum et habet semen minutum in vagi-
nis subtilibus et longis et curvis
sicut cornua / et sicut habet semen
... et propter hanc causam nominant ipsum
karatidas alnectomon (?) et est
eius ex papaveris corniculati
| Et semen quod est inclusum in illis
vaginis est minutum nigrum a-
... nascitur in locis maritimis et
asperis | G. virtus eius prima est
virtus que abstergit et incidit

et dissolvit et diminuit / et etiam virtus
quod qui coquitur in aqua usque ad
consumptionem medietatis confert
confusionibus corporis et flos eius et
folia consumunt ulcerum apostematibus
sordidis. Et oportet quod caveatur propter
nimiam desiccationem suam quia absumit
absumptione forti / quoniam dissol-
vit et diminuit carnem. Et ipsa
quidem aufert escaras adustas
que sunt in eis. Quando coquitur
radix huius plante cum aqua
usque ad consumptionem medietatis
et datur in potu de cortice eius
confert sciatice et dolori corporis / et confert illi
qui habet in urinis suis velut te-
lam araneam / et quorum urina est
grossa et semen eius quando sumitur in potu
in quantitate ii. Et assumptum cum mellic-
rato laxat ventrem laxatione forti
leni. Et flos eius et folia quando fit
emplastrum cum eis addito oleo au-
ferunt fraudulenta ulcera. Et cum
fit cum eis lohol acuit visum et au-
fert ulcera que sunt in cornea
que dicuntur argemon / et illa que dicuntur
fatalia. Et quidam erraverunt.
hanc plantam putantes quod ex ea est
principalis succi quo fiat sief. me-
miche et error eorum est propter similitudinem
quam habet in foliis suis cum memiche.
Et dalbie eius longitudo est
fere i palmi et folia eius sunt parva
multum similia foliis scorobion
et medulla foliorum eius est semine albo et tota
planta est alba et virga eius et folia
et semen assitantur intense et folia
semini turbich in sua albedine
et habet radicem subtilem nascitur
in umbrosis locis et colligitur semine eius
propterea quando sunt bene matura et hoc fit
in estate et desiccantur et reponuntur
deinde quando accipiuntur pondus ii karatorum

infectum / et bibitur cum mellicrato nisi
desiccat stomachum per vomitum et purgat
humores. Et confert epilenticis. Ypocras. Galienus semine huius
plante purgatur flegma. Rasis. Galienus
firmavit in libro venenorum quod opium
est frigidum et siccum, confert fluxui ventris
et ulceribus intestinorum / et dosis eius
est ab i danich usque ad ii. et
quantitas occidens ex eo est iii ii.
Et dixit in iii libro de tyriaca quando
missum fit ad hesatam opium si detur
hominibus sola antiquitate evadunt
a morte et si datur illis quorum virtus
dissolvitur propter vigilias mitigat eos
eo quod facit eos dormire et sic faciunt
revertiri virtutem corporis. Et Galienus dixit
in libro de ingenio sanitatis quod opium
et madragora et iusquiamus desic-
cant ulcera. Rasis. Et in carne
sana magis desiccat. Iohannes
Abenmesue de corticis papaveris albi quando
lavatur cum ea caput facit dormire dor-
mitione temperata. Et si quis utitur
ea nimis inducit subeth / et si su-
matur in potu confert tussi que fit
ab humiditatibus ea que descendunt
a cerebro quia repellit eas / et maxime
que sunt in aqua pluvie et vino
propter ponticitatem que est in aqua pluvie.
Iauz methel i nux methel.
365 Methel ysahac ben albaitarich
est fructus similis nuci vomice
et semen eius est simile semini man-
dragore / et cortex eius est asper
et sapor eius est delectabilis cum amari-
tudine suus et virtus eius est frigida in ii gradu.
Et si detur de ea i karat cum vino
inebriat ebrietate forti et si datur
ii aut cum eo occidit statim. Rasis
Iauz methel est narcotica et for-
tassis occidit ~~statim~~ et coagulat et fa-
tuitatem. Et dixit in semicum quod si
detur de ea quantitas iii f. inebriat

in ebrietati forti Et si decoquitur in ea
in potu ualdum dat & qui
sumit eam ut accipiat butiro
ta & ponantur extremitates eius
in aqua ca & fiat quod euomat
satis & tunc erit cura illius qui
sumpsit mandragoram

Completus est tractatus quintus de medicinis
q[ua]rta pars eius cum quo completus sermo
de medicinis que sumuntur ex plantis ex hiis
que sunt ex hiis eis Sermo secundus pars
libri aggregati in medicinis simplicibus
tractatus de medicinis que sumuntur ex mi-
neris & lapidibus & luteis. Antimo-
nium

364 Aitimad .i. anti monium .D. Melius ex eo est
fortius & est illud quod qui frangitur
habet in fracturis suis claritatem
& luminositatem & quod est mitius leue
nichil non habens aliud admixtum
ex terra uel sorde aliqua G. Et hac
medicina est uirtus stiptica cum
uolgari que est in ea que desic-
cat Et dixit .i. G. Catagenis Antimonium
est siccatiuum quod intus D.
Virtus antimonii est de siccatiua stip-
tica conglutinatiua in frutina
auferens carnem superfluam que est in ul-
ceribus & incarnat & consolidat
ea & mundificat sordicies eorum &
aufert sordiciem ulcerum oculi & stringit
fluxum sanguinis qui fluit a uenis
que sunt in panniculo cerebri & uirtus
eius est similis uirtuti plumbi adusti
Et qui miscetur cum aliqua adipe
recenti & linitur super combustionem ignis
prohibet ibi pustulas fieri et mis-
cetur cum melle & terrusa & consolidat
ulcera que fiunt ab ipsa adustione
& assatur antimonium in hunc modum
miscetur cum adipe & diu terit in
mortario & extinguatur in lacte mulieris
que masculum peperit aut in urina
pueri aut in uino ueteri Et fit ar-
aliter ut ca sortem ponitur super prunas et in-

& insuflatur donec inflammetur &
deinde aufertur a prunis Si uero
si plus in morietur fit sicut
plumbum Ablutio autem sicut ab-
luitur climia & es ustum & quidam
sunt qui lauant ipsum sicut laua-
storia eris De ed igoratus proprietas
eius est quod ferre in copia & superflui-
tatibus grossis Arsenicum

365 Asreng .i. minium Alexander
& paulus & alkindi dicunt quod
est sarcon alii dicunt asreng fit
ex plumbo quod ponitur in igne et in-
flamatur & fit rubeum quod est cerusa
que ponitur in ungento & bullitur cum
oleo aut cum aliquibus ex oleis odori-
feris & post ea ponitur in ungentis
& ipsum est de siccatiuis conglutinatiuis
qui desiccat ulcera & aufert carnem
putridam C. Comburitur terrusa in
hunc modum accipitur & ponitur ~~uas~~
~~super ignem~~ in concauo uase mundo
post quod fuit terra & ponitur uas super
ignem & mouetur donec rubescit
& fit uelut auripigmentum rubeum Et
quidam nominant hoc sandix G. Cerusa
comburitur plumbum mutatur & fit
asreng & est res subtilior eo sed non
est ita sedatiua Alchindi
accidit illi qui bibit asreng hoc
quod accidit illi qui bibit litargirum
ex grauitate in stomacho & constrictione
anhelitus & mania & similia hiis
& cura eius est sicut cura illius qui
sumpsit litargirum Cerusa

366 Asfidheg .i. Cerusa G. Uirtus
eius prima est infrigidatiua
& secunda conglutinatiua .D. assatur
cerusa in hunc modum accipitur
testa noua ex terra althichi & ponitur
super prunas & puluerizatur super ipsam
cerusa post quod fuit terra & mouetur
sine intermissione & qui fuit cerusa

in cotidie vnde aufertur ab igne et in-
frigidatur et administratur et aduritur in
hunc modum ponitur in vase concauo
postquam teritur et ponitur super prunas
et mouetur donec fit sicut auripigmen-
rum. deinde auferatur ab igne et
administratur quae sit praeparata ab ali-
quibus dicitur sandix. Lauatur autem ce-
rusa sicut lauatur climia et vir-
tus eius est in se frigidatiua re-
solutiua conglutinatiua et mollificatiua
implet ulcera carne subtili aufert
carnem superfluam ab ulceribus et
incarnat ea quando ponitur in cerotis
et vnguentis quae dicuntur lachiaris et
in crost. est autem cum hoc ex medicinis
insufficientibus. Gipsum.

361 Gypsen id est gipsum. G. hoc non
administratur nisi extrinsecus.
Et virtus eius prima est virtus quae
desiccat et secunda est virtus quae con-
glutinat et opilat et haec ideo quia
ipsum facit aggregationem partium cito
et tertia est virtus quae confert fluxui
sanguinis cum miscetur cum medi-
cinis quia ipsum cum solidatur est durum
sicut lapis. Et propter hanc causam
oportet quod administretur cum albumine oui
subtili quidem administratur in dol-
ori cum puluere molendini qui
aggregatur quando euolat ex farina
frumenti super muros et parietes
molendini et pilis leporis et quando
aduritur minuitur de viscositate
sua et augetur sua subtilitas
et sua desiccatio et fit stipticior
et maxime quando conficitur cum aqua
et aceto. Et D. habet dyafanitatem
sicut nitrum et melius ex eo est
illud cuius lamine sunt late. habet vir-
tutem stipticam conglutinatiuam
abscindit fluxum sanguinis et
prohibet sudorem et quando bibitur
occidit suffocando. Sed quando aduritur
habet virtutem subtilem et desiccati-
uam et stipticam quando administretur
cum aqua et aceto tamen. Et vir-
tus eius est similis luti samii
nisi quia ipsum est magis stipticum
et est infrigidatiuum satis et propter has
causas quando administretur cum aliquo
liquore conueniente ad hoc et linitur
super frontem stringit sanguinem ex
naribus ponitur autem in medicinis
quae sunt adultera in testinorum
et ad fluxum antiquum ventris
et menstruorum. Lapis frigius.

368 Defrigis id est frigius lapis. D.
sunt ei iii species una est
quae in tyro nascitur solis et est
sua ex glebis terre nascitur
in puteis et sub aqua in illa in-
sula quae postquam extrahitur
de sub aqua desiccatur in sole
et postquam desiccabitur aduritur se-
cundum compositionem lignis. Et species
vero alia est fex eris quae colli-
gitur quando purgatur es a grossitiebus
suis cum hoc quod quando infusum est
es proicitur aqua super ipsum donec
infrigidatur et extrahitur ut attra-
hitur a botri et est formula in
qua proicitur recipitur sub eo haec
species et habet de stipticitate eris et
sapore suo. Et tertia vero species fit
ex marchasita quando pluribus
diebus coquitur sicut coquitur
calx et quando fit color eius sicut
color magre extrahitur a fornace
et reponitur. Et quidam putant
quod sit species composita ex eo quod est
ex lapidibus ex quibus extrahitur
es. Nam quando infunduntur in
crusibolo in quo conflatur es

ex thuncit preciosa lapides / superius
ex eo preciosa satis. Melius autem
et electius dissolutis est illud in cuius
sapore imprimitur sapor eris et
zinar et est stipticum desiccans
lingue fortiter sicut facit alumen
.G. Virtus huius et sapor sunt composita
nam est ibi res stiptica et res
calida propterea. Et virtus eius frigida est
virtus que incarnat et consolidat
incarnatione et consolidatione
bona / et tertia est virtus que con-
sumit ulceribus corrosiuis et in-
ditur in medicinis ulcerum que in ore
sunt. Ruffus: si administratur col-
latum cum melle et confert spasmus
squinantie propterea quod ablatum est et
prohibitus cursus humorum qui ve-
niebat ad illud membrum. Et
ego iam administraui ipsum post
incisionem uvule statim et con-
tinue usus eo in ipsa / donec ipsa
fuit consolidata et curata. Et con-
fert ulceribus que fiunt in palatino
et ano / et modus administrationis
eius ad hoc est in ulceribus oris
et huiusmodi quia ista membra maniant
cum eisdem medicinis et reprimit inanitatem
inde. .D. Virtus dissolutis est de-
siccatiua stiptica mundificatiua
mundificatione forti / abstersiua
aufert carnem superfluam ab ulceribus
et incarnat ulcera fraudulenta
et consolidat ea et desiccat et
abstergit putredinem ulcerum et curat
mala et corrosiua ex eis. Et
quando miscetur cum terebentina aut cum
ceroto resoluit apostemata seu car-
bunculos. Bulemchen hasen / Et
reperi de eo naturam in rure nab-
zin in spelunca que est ibi iuxta
ciuitatem cordube :

Auripigmentum c:c 17

369 Zarnech i. auripigmentum
.D. sunt ei due species s. rubei
et citrini. Et citrinum est in eisdem mi-
neris in quibus est auripigmentum
rubeum. Melius autem ex eo est illud
quod laminosum huius colore similem
auro / et lamine eius separantur faci-
le et sunt composite una super aliam non
habens admixtam terram neque aliam
sordem. Reperitur autem aliud auripig-
mentum citrinum cuius color est
propinquus colori auripigmenti rubei
et est sicut sedimen ... quia non est
ita bonum sicut illud rubeum
vero eligendum est id quod est valde
rubeum / et cito frangibile et mundum
sine scabrositate et odor eius est
sicut odor sulphuris. .G. Virtus
eius arsenici est calida adustiua
et sicca est virtus que abradit pi-
los et comburit cutem quando fuerit
moratum super ipsam. Quod vero vocatur
arsenicum est subtilius satis et
propter hanc causam ingreditur in unguentis
abstersiuis resolutiuis. .D. Assa
auripigmentum citrinum in hunc modum
ponitur in testa terrea noua et ponitur
super prunas et manet ibi donec co-
ctum sit et quando fuerit ignitum et mutatus
color eius aufer ab igne et di-
mitte infrigidari / et tere et repone.
Virtus eius est talis: est virtus purifi-
catiua, corrosiua, saniei mordicatiua
mordicatione forti et aufert carnem
superfluam que est in ulceribus et
abradit pilos et habet calefactionem
et adustionem fortem. Et auripi-
gmenti rubei virtus est sicut
virtus citrini et assatur et administratur
sicut illud et quando miscetur cum re-
sina pini curat alopiciam et quando
miscetur cum pice aufert macu-
las albas que sunt in unguibus

et qui miscetur cum oleo et inungitur
cum eo occidit pediculos. Et mis-
cetur cum adipe dissolvit exituras
et pustulas et est conveniens ul-
ceribus que sunt in naso et ore
et ulceribus aliis. Et quando miscetur
cum oleo ro. confert bothor ut con-
venit et emorroydibus ani. Et
Et miscetur cum oxymelle et da-
tur in potu habentibus famem aggra-
vatam in pectore et confert magnifice.
Et fit suffumigium addita resina
pini et attrahitur fumus eius per os
mediante canula confert tussi an-
tique. Et fit cum eo looch ad-
mixto melle et clarificat vocem
et miscetur cum resina pini et
datur habentibus asma et coarta-
tionem anhelitus et vocis et confert.
Et Galienus: nitrum aufert sanguinem
mortuum qui est sub oculo. :f

310 Zugeg id est nitrum ex Nitrum
eo est lapidosum et ex eo est
arenosum et quando incenditur et
miscetur lapis cum eo lapis
magnates coagulatur cum
suum propter plumbeitatem que est in
eo et in eo sunt multi colores nam est
ex eo album fortis albedinis
sicut cristallo et melius aliis et est
ex eo rubeum et citrinum et viride et
azurinum. Et nitrum est lapis simil-
ior aliis lapidibus et est inter lapi-
des sicut stulti inter homines
nam ipsum inclinatur ad omnem
cineritatem sicut faciunt ad omnem
ventum pulvis est et est facilius
dissolutionis in igne et in aere fri-
gido coagulatur et purificatur
ab eo. Et cristallus est species nitri
nisi quia invenitur in minera
sua ubi ipsa coagulatur in frust-
is integris unde figitur nitrum
vero reperitur confractum et propter hoc
coagulatur sicut diximus cum
lapide magnete. Et virtus
nitri est ca. in i. gradu sic. in iii. ingreditur
in collirijs cohol et ipsum aufert
furfures capitis et lenificat ca-
pillos et barbam et quando teritur et
bibitur cum vino albo subtili.
Abenmesuay: ca. est et sic. est bonum
pulmoni et casui capillorum. :f

Zimar id est erugo eris .:.

311 Zimar. B. sapor eius est acutus
et virtus eius fortissima est virtus que
resolvit et abstergit carnem teneram
et duram et comedit eam et dissolvit
et tertia est virtus qua sentitur permix-
tum cum sinceritate radicis in ulceribus
super carnem superfluam que fit in eis
destruit eam et miscetur cum cerot[o]
et fit medicina que abstergit sine mor-
dicatione. Et Dioscorides: zimar est
stipticum calefaciens abstergit macu-
las que sunt in oculo propter quod consolida-
tivum ulcerum et albas et subtiliat eas
et provocat lacrimas et prohibet ambulationem
ulcerum corrosivorum in corpore et
prohibet apostemationem ulcerum et quando miscetur
cum oleo et melle consolidat ulcera
et quando coquitur cum melle mundifi-
cat ulcera sordida et emorroy-
das duras et diminuit carnem
superfluam que est in ulceribus. Et quando
miscetur cum amoniaco et fit inde li-
nimentum et intromittitur in fistulis dis-
solvit duricies earum et callositates
et confert apostematibus gingivarum et quando mi-
scetur cum melle et fit inde cohol
dissolvit duricies palpebrarum. Et
cum quando fit cohol ex eo oportet quod
ponatur super actum spongia infusa
in aqua ca. Et quando miscetur cum
glutino albo tantum et ere usto et
nitro aufert scabiem ulcerosam
et barbas. Et fit autem zimar
in hunc modum et teritur et ponitur in
vase vitreo et postea superponatur
et moveatur cum aliqua re donec
mutetur color eius ad colorem ...
deinde aufertur ab igne et dimittitur

donec in statur / et reponitur in vitrati
Et quidam non ponunt illud in olla
crida et dimittunt in igne donec
coquatur et scias quod non est commixtum
lapis Smaragdus et zabarged
Zabarged i zamorad · i · Sma
ragdus sunt duo lapides
habentes duo nomina Unum est species unius
speciei / et est utique lapis congelatus
in mineris auri zebus garbi et est vi
ridis fortis viriditatis splendens
et ille qui eo est viridior est melior
et ille qui magis est dyafanus est
melior illo qui est obtusus Et
de lapis dahanet est similis ei verum
quia dahanet sicut Smaragdus
et zebarged non est dyafanus
Et natura Smaragdi est frigida et sicca / Qui
sumitur in potu confert venenis mor
tiferis / et morsibus venenosis et
punctionibus serpentibus aculeatis / Qui
hoc dedit in potu de limatura eius
pondus viii granorum ordei illi qui
sumpsit venenum antequam sentit in eo
in passionem liberat eum a morte
et non cadent capilli eius neque ex
coriabitur et est sua curatio Et ille
qui assiduat aspicere in ipsum confor
mat visum eius a nocumentis et con
servat eum in columine et qui defe
rent in anulo preservat eum ab e
pilencia qui induit eum in digito
antequam perveniat Et propter hanc causam
docemus reges quod suspendant ipsum
in collo filiorum qui nascuntur statim
ne sit vexat eos epilencia et cecitas
visus Et asis in libro de mineris
generacio smaragdi et zabarged
est sicut generacio Jacoch nisi quia
ipsi indigent desiccatione id quod habet
Jacoch Et viriditas color nasci
tur a mineris eranninis Et
dixit in libro de proprietatibus si ca
dat aspectus serpentis super lapidem
Smaragdum dissolvuntur oculi eius

et liquescunt Albasari · smaragdus
est lapis viridis qui defertur a tribus
ingressio Et notus zabarged confert
leprosis qui sumunt in potu limaturam
eius Et smaragdus liquefacit
oculum serpentis cum ab eo aspicitur
Et quidem putant quidam quod anasis sit
species zabarged et ex eo est ...
sunt vene albe clare / et ex eo est
unus color est sicut color gummi
viridis Et estimaverunt quidam quod
omnes iste species qui suspenduntur ad
collum alicuius aut ad humerum eo
sunt meliores Et qui suspenditur
in coxa mulieris facit accelerare
partum Et ego vidi ex eo quod est secundum quod
suspenditur super ipsum aut in anulo
ponitur in digito · G· testificatur se
quidem quod in lapidibus est proprietas
similis huic proprietati / que est in hoc
lapide vidi / et quod confert ori stomachi qui
suspenditur ad collum Et ego expertus
sum hoc in isto lapide et reperi per
experientiam quod confert et propter hoc feci
chanata et est torques qua colla
ornantur et coniunxi ex lapidibus · i · mo
nile polonite et feci suspendi in
collo et feci protendi longitudinem eius
usque ad os stomachi et reperi quod non minus
iuvant / ... qui portantur in anulo
Et transtulit albacharich hoc capitulum
per verba Dicunt quidem quod est quidam
lapis qui dicitur iasis / qui facit ea
que faciunt isti lapides / nam confert
ori stomachi cum suspenditur super eum
Argentum vivum
Haibach est
